

*MASTER
NEGATIVE
NO. 91-80084-25*

MICROFILMED 1993

COLUMBIA UNIVERSITY LIBRARIES/NEW YORK

as part of the
"Foundations of Western Civilization Preservation Project"

Funded by the
NATIONAL ENDOWMENT FOR THE HUMANITIES

Reproductions may not be made without permission from
Columbia University Library

COPYRIGHT STATEMENT

The copyright law of the United States - Title 17, United States Code - concerns the making of photocopies or other reproductions of copyrighted material.

Under certain conditions specified in the law, libraries and archives are authorized to furnish a photocopy or other reproduction. One of these specified conditions is that the photocopy or other reproduction is not to be "used for any purpose other than private study, scholarship, or research." If a user makes a request for, or later uses, a photocopy or reproduction for purposes in excess of "fair use," that user may be liable for copyright infringement.

This institution reserves the right to refuse to accept a copy order if, in its judgement, fulfillment of the order would involve violation of the copyright law.

AUTHOR:

KERSTEN, THEOBALD

TITLE:

DE CONIUNCTIS PARTI-
CULIS ME OU

PLACE:

GOTTINGAE

DATE:

1875

Master Negative #

91-80084-25

COLUMBIA UNIVERSITY LIBRARIES
PRESERVATION DEPARTMENT

BIBLIOGRAPHIC MICROFORM TARGET

Original Material as Filmed - Existing Bibliographic Record

887.59

Z6

Kersten, Theobald,

De coniunctis particulis μή ού; disserta-
to (!) inauguralis quam... scripsit Theobaldus
Kersten. Gottingae, typis expressit officina Ho-
feriana, 1875.

47 p. 28 cm.

Thesis, Göttingen.

Restrictions on Use:

TECHNICAL MICROFORM DATA

FILM SIZE: 35mm

REDUCTION RATIO: 11

IMAGE PLACEMENT: IA (IIA) IB IIB

DATE FILMED: 7-1-93 INITIALS _____

FILMED BY: RESEARCH PUBLICATIONS, INC WOODBRIDGE, CT





AIMM

Association for Information and Image Management

1100 Wayne Avenue, Suite 1100
Silver Spring, Maryland 20910




301/587-8202




Centimeter



Inches



MANUFACTURED TO AIMM STANDARDS
BY APPLIED IMAGE, INC.



26

887 59

26
Q

Columbia University
in the City of New York



Library

26

DE CONIUNCTIS PARTICULIS
ne in
MH OY.

DISSERTATO INAUGURALIS

QUAM

AMPLISSIMI PHILOSOPHORUM ORDINIS

AUCTORITATE ATQUE CONSENSU

AD SUMMOS IN PHILOSOPHIA HONORES

RITE CAPESSENDOS

IN

ACADEMIA GEORGIA AUGUSTA

SCRIPSIT

THEOBALDUS KERSTEN.

GOTTINGAE.

TYPIS EXPRESSIT OFFICINA HOFERIANA.

MDCCLXXV.

Hermann Fritzsche

praeceptor dilectissimo

d. d. d.

auctor.

UG 27 1909

436066

De particulis coniunctis

μη̄ οὐ̄.

Dionysius Thrax in arte grammatica de adverbio (Becker, anecd. II. p. 641 sq.; Schoemann, Redetheile p. 164 sq.) hoc statuit: ἐπίρρημά ἐστι μέρος λόγου ἄκλιον κατὰ ῥήματος λεγόμενον ἢ ἐπιλεγόμενον ῥήματι. Enumerat deinde cum alias adverbiorum classes tum has: τὰ δὲ ἄρνησεως ἢ ἀποφάσεως, οἶον οὐ, οὐχί, οὐ δῆτα, οὐδαμῶς, — τὰ δὲ ἀπαγορεύσεως οἶον μή, μὴ δῆτα, μηδαμῶς. Et recte quidem duas esse rationes Dionysius significat, quibus adverbium coniungi possit cum verbo aut κατὰ ῥήματος λεγόμενον, cum id quod dicitur verbo respiciat atque moderetur, aut ἐπιλεγόμενον ῥήματι, cum novi aliquid atque singulare adiciat ad verbum. Quae duplex coniungendi ratio quomodo appareat in particulis οὐ̄ et μή̄ facile cognoscitur. Nam si coniunguntur cum copula, praedicatum abiudicatur a subiecto, si referuntur ad verbum ipsum, praedicati significatio tollatur necesse est. Quantum vero distet ἄρνησις et ἀπόφασις ab ἀπαγορεύσει Diomedes scholiasta nos docet, qui ad illum locum haec adnotat (Becker, anecd. II. p. 947 sq.): ἡ ἀπόφασις τῆς ἀπαγορεύσεως διαλλάσσει. ἡ μὲν γὰρ ἀπόφασις ἄρνησιν δηλοῖ, τιντέστιν ἀνάνευσιν, ἡ δὲ ἀπαγορεύσις συμβουλίαν ἀποτροπῆς ἔχει. Quae ἀπαγορεύσις quamvis duci solet partisula μή̄, tamen omnibus locis, quibus μή̄ legitur cognosci non potest. Dionysius igitur cum naturam atque significationem particulae οὐ̄ recte cognoscat, in describenda

particula *μή* usum premit singularem, non complectitur totum vocabulum.

In eodem peccare mihi videtur alter scholiasta, qui de usurpatis particulis *οὐ*, *οὐχί* (Becker, anecd. II, p. 948) observat hoc: *τοῖς ἀρνήσεως ἐπιρρήμασι χρώμεθα, ὅταν ἐλκόμενοι ἐπὶ μαρτυρίας παραιτώμεθα, ὡς ἐν τῷ οὐ δῆτα. ἅμα γὰρ ἐν τῷ ἀποφάνειν καὶ ἄρνησιν σημαίνει, de μή, μηδαμῶς hoc: ἀπαγορευτικὰ ἐπιρρήματα πρὸς ἀνθρώπων λέγεται μή συγχροῦντων τοῖς ὑπὸ τοῖς ποιῶσι τι τοῦτων.* Aliud documentum est Apollonii Dyscoli, qui in libro *περὶ ἐπιρρήματος* scripto quamvis de adverbio finiendo a Dionysio discurrat, tamen cum eo consentit in hoc, quod particulas *οὐ* et *μή* adverbia esse statuit (Becker, anecd. II, p. 529; Schoemann, Redetheile p. 165 sq.). Is enim de harum particularum significatione atque usu (Becker, anecd. II, p. 534) hoc docet: *ἢ οὐ ἀπόφασις, μαχομένη τῇ καὶ καταφάσει, τὰ ἐν καταφάσει ῥήματα ἀναιρεῖ, ἔπερ ἔσιν ὀριστικά, ἔχοντα ἐν ἀντιοῖς τὴν κατάφασιν, ἀνθ' ἧς καὶ πολλάκις παραλαμβάνεται, οὐ γράφω, οὐ ποιῶ. ἢ δὲ μή ἀπαγορεύσεις τὸ ἐν προστάξει πάλιν καταφατικὸν ἀναιρεῖ, γράφε — μή γράφε, λέγε — μή λέγε. ἔστι δὲ ὅπου καὶ τὸ μή, παραλαμβανόμενον οὐ μόνον κατὰ ἀπαγορεύσιν ἀλλὰ καὶ κατὰ διαπόρησιν, τοῖς κατ' ἐρώτησιν προοιστοῖς συντάσσεται, μή ἐγράψας, μή ἐλάλησας;* Quamvis igitur retineat Apollonius illud Dionysii, *οὐ* significare *ἀπόφασιν*, tamen particulae *μή* usum latius manare cognoscit, cum dicat eam usurpari non modo *κατὰ ἀπαγορεύσιν* sed etiam *κατὰ διαπόρησιν*. Sed ne assecutus quidem est eos Hesychius grammaticus, qui in lexico suo (ed. M. Schmidt, Jenae 1858—61) sub voce *οὐ* de significatione huius particulae nihil adnotat nisi hoc: *ἐπιρρημα ἀρνητικὸν κατὰ στέρησιν*, sub *μή* *ἄν* dicit positum *μή* esse *ἀντὶ τοῦ οὐ*. Suidas autem (ed. Im. Becker, Berolini 1854) cum omnino non agat de particula *οὐ*, sub voce *μή* repetit esse id *ἀπαγορευτικὸν*. Quos omnes longe superat etymologici magni scriptor, qui quamquam de *οὐ* quoque non habet, quod addat novi, tamen particulae *μή* usum atque significationem longius prosequitur (ed. Thom. Gaisford, Oxonii 1848). Agit enim de particula *μή* his verbis: *σημαίνει δὲ*

πέντε ἄρνησιν, ἀπαγορεύσιν, δισταγμὸν, συλλογισμὸν καὶ ἀντὶ τοῦ εἶθε. Quae significationes cum fieri non possit, ut eodem tempore ortae sint atque auctae, aut quinque earum una prior sit necesse est, ex qua ceterae fluxerint, aut sexta aliqua reperienda est, ad quam quinque illae redeant. De qua re tantum abest ut nos doceant veteres grammatici, ut in eam questionem omnino non inciderint. Recentiores autem ut hanc rem investigarent, operam dederunt.

In duas autem partes discedere mihi videntur viri docti, quorum quidem libri mihi praesto erant. Alterius ordinis princeps est Godofredus Hermannus, qui paucissimis verbis de particulis *οὐ* et *μή* (Ad. Vigerum, ed. II. Lipsiae 1813 p. 807) sic stetit: *οὐ* rem ipsam simpliciter negat, *μή* ut cogitatum. Bene, ut solet, his verbis usum describit eum, in quem particula *μή* paulatim abiit, non dicit, qua significatione illa particula initio fuerit. Et Hermannus quidem alii alio modo sunt secuti. Mathiaeus enim nihil novi praebet ita ut Hermannum explicare atque interpretari videatur. Dicit autem (Ausf. griech. Gram. Leipzig 1827 § 608) hoc: *οὐ* verneint eine Sache an und für sich, als Factum, *μή* hingegen nur in Beziehung auf eine vorher ausgedrückte oder dem Sinne nach in dem Vorhergehenden liegende Vorstellung oder Ansicht von der Sache. Eodem fundamento Hermanni nititur Gaylerus (Particularum graeci sermonis negativarum *οὐ* et *μή*, *οὐ μή* et *μή οὐ* accurata disputatio. Tübingae et Lipsiae 1836 p. 11 sq.): qui cogitans rem simpliciter non esse pronuntiat, negatione *οὐ* utitur; qui cogitans de re, i. e. cogitans probabilis an improbabilis ea sit, facienda an non facienda iudicat, particula *μή*. Buttmanus quoque, quamvis, quod Hermanni verba latius fluere putet, cautius illo dicere sibi videatur, tamen ita accedit ad illum, ut, quantum ei debeat, facile cognoscatur. Dicit enim (Griech. Gram. 8. Aufl. Berl. 1818 p. 558): eine bessere Einheit als die seinige (Hermanni) konnte ich nicht geben, aber ich wollte doch nicht das hineinziehen, was nach meiner Ueberzeugung nicht hineingehen will. Et antea: *οὐκ* ist die gerade und volle Verneinung —, *μή* hingegen ist durchaus nur abhän-

gige Verneinung. Accuratus etiam illud apud Thierschium reperitur, quem demonstrantem audimus sic (Griech. Gram., vorzügl. des hom. Dial., III. Aufl., Leipz. 1826 § 300): *οὐ* wird bei einfacher und gerader Verneinung gebraucht. Es verneint also unmittelbar und selbständig den Begriff, zu dem es gehört; *μή* verneint wie ne nicht selbständig und unmittelbar, sondern in Beziehung auf etwas Anderes, sei es, dass ein Fall, eine Bedingung oder Absicht gesetzt werde, oder dass ein Wunsch, Wille, Befehl, eine Furcht, Besorgniss oder Fürsorge ausgedrückt wird. Ad eadem verba redit Hartungius. Sed cum recte sentiat in simplici negatione positum esse non posse, ut, id quod Thierschius dicit, referretur ad rem aliquam externam velut ad conditionem quandam sive ad consilium, adductus est, ut *μή* particulam responsivam quam vocat esse statueret putaretque eius particulae vim non esse nisi in serie pronuntiationum. Legimus enim apud eum (Lehre von den Partikeln der griech. Sprache, Erlangen 1832 und 1833, II. Th. p. 105 sq.) hoc: Der von Thiersch gegebenen Bestimmung fehlt nur noch die Zurückführung auf die allgemeinen Gesetze der Sprache. Also *μή* involviret, indem es verneint, zugleich die Beziehung auf eine von aussen hineingetragene Vorstellung. Von aussen muss die Vorstellung hineingetragen sein, in der Partikel selbst kann sie ursprünglich nicht liegen, weil Verneinung und anderweitige Vorstellungen, welcher Art diese auch immer sein mögen, durch kein natürliches und nothwendiges Band im Geiste verbunden sind, noch auch zur Einheit verschmolzen werden können. Nun geschieht aber keine Veränderung in der Bedeutung irgend eines Wortes, weder so, dass Etwas dazu, noch auch so, dass Etwas hinwegkomme, ohne äussere Bedingung und Veranlassung. Welcher Art diese bei *μή* sei, liegt am Tage. Es ist die im Satze liegende und der Partikel mitgetheilte Beziehung nach Aussen oder die Hindeutung auf einen in Wechselbezug tretenden Gedanken, deren Organ die Partikel geworden ist. Diese gehört demnach zur Classe der von uns sogenannten Responsiva. Die Vorstellung, auf die sie sich bezieht, ist aber theils ausdrück-

lich in dem Parallelsatze ausgesprochen, theils auch von dem eigenen Satze der Partikel bloss involviret, nach dem allgemeinen Gesetze, das bei allen responsiven Partikeln stattfindet.

Hartungius quod, ut significationem particulae *μή* explicet, profectus ab enuntiationibus compositis ad simplices pergat, facere non potest, quin in errorem ducatur. Nam particula *μή* tantum abest, ut ex serie enuntiationum significationem accipiat, ut sola ipsa sit explicanda. Jam qui sequuntur grammatici eo sunt progressi, ut inesse in particula *μή* vim quandam subiectivam cognoscerent. Quod primus Rostius statuit, quamquam ab Hermanno totum se liberavit: *οὐ* verneint positiv und geradehin, *μή* hingegen verneint prohibitiv oder bedingt. Daher wird *οὐ* gebraucht zur Verneinung einer Sache selbst, *μή* hingegen zur Verneinung der Vorstellung einer Sache. (Griech. Gram., 4. Auflage, Göttingen 1832 § 135,3). Idem dicere videtur Klotz, cum *οὐ* simpliciter negantis esse, *μή* vetantis putet (Mathaei Devarii liber de Graecae linguae particulis ed. R. Klotz, Lips. 1835 vol. II. p. 695). Kuehnerus quoque additis multorum grammaticorum sententiis, quod nullo neque ordine neque iudicio usus est, a Rostii stat partibus, cum ex iis, quae recentiores quidam proferunt, fructum capere ei liceret (Ausführl. Gram. der griech. Sprache, 2. Aufl., Hannover 1872 § 512,1): *οὐ* negirt objectiv, d. h. *οὐ* wird gebraucht, wenn Etwas schlechtweg negirt, d. h. als an und für sich nicht seiend bezeichnet wird; *μή* hingegen, wenn Etwas von dem subjectiven Standpunkte des Redenden aus negirt, d. h. als nur in dem Willen oder in der Vorstellung des Redenden nicht seiend bezeichnet wird. Durch *οὐ* wird das äussere, objective Sein aufgehoben; durch *μή* hingegen wird ein Act der Vorstellung oder des Willens des Redenden ausgedrückt.

Sed ab hac particula *μή*, quam dicit negativam, se iungendam esse putat eam, quae verba sequitur timendi, dubitandi, cogitandi. Hanc enim statuit particulam interrogativam esse eamque significare ob nicht, num. Sed enun-

tiationes secundariae, quae particulam $\mu\eta$ continent, quamvis quaestionum secundariarum speciem prae se ferant, tamen, id quod infra docebimus, revera sunt enuntiationes prohibitive. Quae cum ita sint, omnino non est, cur liberior illa Kuehneri sententia a nobis probetur (cf. *Ausf. Gram.*, § 516, 7 sq.). Ac ne Baeumleinius quidem etsi bene originem particulae $\mu\eta$ investigare studet, tamen cum quam invenerat significationem in ipso particulae usu describendo non retineret, nihil sane profert novi (*Untersuchungen über griech. Partikeln*, Stuttgart 1861 p. 257 sq.): Uebrigens war die Grundbedeutung von $\mu\eta$ ohne Zweifel die des Verbots und von dieser prohibitiven Bedeutung aus hat sich dann derjenige Gebrauch entwickelt, wo die Negation in der Vorstellung vollzogen wird. Et antea: $o\upsilon$ ist objective Negation. Sie wird da gebraucht, wo die Negation dem Objecte selbst anhaftet, mit dem Objecte gegeben ist. $\mu\eta$ ist subjective Negation. Sie wird gebraucht, wo die Negation von dem Subject aus, in seinem Willen oder in seiner Vorstellung vollzogen wird.

Qui grammatici omnes recentiores cum dicant usum particulae $\mu\eta$ novissimum, fieri non potest, ut ex eorum sententiis omnes eosque antiquissimos locos explicemus. Immo vero investigata antiquissima particulae $\mu\eta$ significatione a locis maxime perspicuis, qui sunt simplices vetustatis, profecti ad obscuriores subtilioresque pergendum esse nobis videtur, quales sunt in lingua magnopere conformata. Quod cum fecerint qui alteri quam diximus classi adscribuntur grammatici, longe diversa statuerunt de particula $\mu\eta$. Et Kvičala quidem particulas $o\upsilon$ et $\mu\eta$ differre inter se hoc modo dicit (*Zeitschrift für die österreichischen Gymnasien*, 1856 p. 745): $o\upsilon$ ist diejenige Partikel, die eigentlich und ursprünglich den Begriff des Aufhebens, Verneinens in sich schliesst; $\mu\eta$ hingegen hatte, wenn wir die ältesten Gebrauchsweisen desselben in's Auge fassen, anfangs gar nicht die Geltung einer Negation, sondern war nur eine ablehnende, abwehrende Partikel; $o\upsilon$ beruht auf der Verstandesthätigkeit des Leugnens, $\mu\eta$ auf der Willens-thätigkeit der Abwehr.

Quae sententia cum primo quasi adpectu verisimilis esse videtur, tum maxime propterea nobis retinenda est, quod ratione ac via usus in eam adductus est Kvičala. Eum autem vestigiis persequitur Delbrueckius, quem disserentem audimus sic (Delbrück u. Windisch, *syntactische Forschungen*, Halle 1871, Bd. I, p. 22): Die Negation $\mu\eta$ bedeutet ursprünglich eine Abwehr. Ein Gedanke, der sich etwa realisiren könnte, tritt dem Sprechenden gewissermassen als etwas Aeusseres gegenüber, das er sich vom Leibe hält. Eine solche Abwehr kann nun aus verschiedenen Stimmungen entspringen, aus Hass und Liebe, aus Furcht und Hoffnung etc. Qua re probata Ludovicus Langius multas proportiones particularum $\mu\eta$ et $\epsilon\iota$ invenit ita ut alteram alteri oppositam esse appareat. Quare cum $\mu\eta$ sit particula prohibitiva, $\epsilon\iota$ apte ab eo dicitur particula adhibitiva (Ludwig Lange, *der homerische Gebrauch der Partikel $\epsilon\iota$* , Leipzig 1872 p. 178 sq.).

Restat ut duorum grammaticorum mentionem faciamus, qui quamquam particulae $\mu\eta$ originem interiectionis similem non urgent, tamen ipsius negationis vim prohibitivam retineri volunt. Kruegerus enim (*Griech. Sprachlehre für Schulen*, IV. Auflage, Berlin 1861 § 67,1) hoc dicit:

Adverbia sind auch die Negationen $o\upsilon$ und $\mu\eta$, von denen $o\upsilon$ den Begriff aufhebt, $\mu\eta$ ablehnt oder zurückweist. Jenes verneint die Realität des Vorgestellten, dieses die Geltung der Vorstellung. Georgus Curtius autem non aliter sic (*Griech. Schulgrammatik*, 10. Aufl. Prag 1873. § 613):

Der Hauptunterschied zwischen $o\upsilon$ und $\mu\eta$ ist, dass $o\upsilon$ die Gültigkeit einer Aussage verneint, $\mu\eta$ dagegen die Wirklichkeit eines Gedankens ablehnt. $o\upsilon$ ist daher die Negation aller der Sätze, die eine Aussage schlechthin enthalten, $\mu\eta$ die Negation der Sätze, die eine allgemeine Vorstellung oder eine Forderung aussprechen.

Quod si res disperse et diffuse dictas unum in locum cogimus et unum sub adpectum subicimus, hoc nobis putamus esse dicendum. Cum propria ac perpetua sit negatio linguae Graecae $o\upsilon$, particula $\mu\eta$ a principio haudquaquam

est negativa, sed prohibitiva. Utitur enim illa particula *μή* is qui dicit, cum, si quid animo cogitaverit, id tamquam rem externam a se prohibere ac repellere studeat.

Jam cum, quae de usu atque significatione particularum *οὐ* et *μή* viri docti statuerunt, breviter explicavimus, reliquum est, ut unde earum particularum origo sit ducenda quantum nostra valebit infirmitas verbis quam paucissimis disseramus. Et Schoemannus equidem (Die Lehre von den Redentheilen nach den Alten dargestellt und beurtheilt. Berlin 1862 p. 155 sqq.) cum particula *οὐ*, *οὐκί*, *οὐχ*, *οὐκ* comparavit et ex lingua Germaniae septentrionalis voces ecke, icke, egh, eigh, eighi et ex lingeca Germaniae inferioris cch, superioris icht, iht, et, quas omnes negationis loco usurpatas esse dicit. Putat autem eas particulas et forma et significatione inter se cohaerere. Nam cum et littera gutturali finiantur et ad eam ipsam litteram gutturalem i quoddam adiectum inveniatur, quod reliquae vocales discrepent, non esse maximae differentiae arbitratur. Particulae vero Germanicae illae quoniam nihil significant nisi rem infinitam, quae neque perspicui neque discerni possit, ut sint vi neganti, cum particula aliqua negativa necesse est coniungantur. Cuius rei affert exemplum Schoemannus icht-wat = etwas, n(e)-icht = nicht, quod proportionem esse existimat particularum coniunctarum *μή οὐ*. Pergit deinde, ut voces solae *ἤχιστα*, minime, quae rem pervulam quandam necdum perspicendam significant, negationis loco sint, ita postea etiam nulla addita negatione dictas esse particulas Germanicas plerasque et Graecam *οὐ*. Quodsi hoc verum esset, illud *μή οὐ*, id quidem pro *οὐ* simplici positum, saepius legeremus apud Homerum quam apud Atticos scriptores, nisi forte statuimus, *μή* ante *οὐ* iis omissum esse temporibus, ut ne ille quidem antiquissimus Graecorum poeta huius rei vestigia praebere. Atqui in Homeri carminibus, id quidem in Iliade, *μή οὐ* sexies tantum reperitur, apud Atticos sexcenties. Quocumque autem loco *μή οὐ* legitur, id nullo modo pro simplici *οὐ* positum est, sed utramque particulam *μή* et *οὐ* propriam vim habere infra docere conabimur. Longe aliter Boppius

Vergleichende Grammatik, II Bde, III. Ausgabe, Berlin 1863/70 § 371). Is enim cum omnium negationum originem tum particularum *οὐ* et *μή* ex pronominibus ducendam esse putat. Particulae *οὐ* autem fudamentum ei videtur esse *οὐκί*, quod littera tenui in aspiratam mutata transeat in formam *οὐκί*. Illud *κί* vero comparat cum sanscrito pronomine *éi* (l. d. § 379), quod genus neutrum est pronominis *éa*, sicut *ka-s* = wer, *ki-m* = was. Sed cum *éa* idem sit atque illud latinum que in ne-que, facile intellegitur, quam *κί* in *οὐκί* et que in neque non sint similia. Quae cum ita sint, potius cum Benfeio facimus (Benfey, griech. Wurzellexicon, II Bde, Berlin 1842, I. p. 284). Qui primam plenamque formam esse existimat *οὐκί*, cuius finem comparat cum *ναίχι*. Quod quomodo sit compositum ex lingua sanscrita facillime cognoscitur. *Οὐκί* enim respondet vocibus sanscritis *ava + hi* (weg + hier). Omisso autem *i* evadit *οὐχ*, ex quo posita littera tenui pro aspirata nascitur *οὐκ*.

Magna quoque est disceptatio de particula *μή*. Quam Schoemannus non distare putat (l. d. p. 154 sq.) a voce praetixa *νη*—, quae est in *νηλέης*, *νήγγετος*, *νηπενθήης*, *νήποινος*, *νήπερος* etc. Respondet autem illud *νη* linguarum indicarum (set. zd.) voci *na*, latinis vocibus *nê* (nê-fas), *nê?* *ni*- (nimirum, nisi), *nê*, *n-ocnu-m* *noenu*, *nôn*, deinde in lingua gothica eadem est particula *ni*, in lingua slavica (*ksl*) *ne*, ex linguis denique celticis (altir.) proportionem invenimus *ni* (cf. Curtius, Grundzüge der griech. Etymologie, 4. Aufl. Leipzig 1873 p. 317). Quo ex conspectu cum appareat particulam *νη* propinquarum linguarum suas proprias habere proportionem, iam propter formam fieri non potest, ut *νη* et *μή* coniungantur. Sed ne significatione quidem sunt simili, quod *νη* est particula negativa, *μή* particula prohibitiva. Quodsi cum ea particula non potest confundi *μή*, quaeritur, quid de eius forma statuamus et cum quibus particulis linguarum propinquarum comparemus. Forma autem particulae *μή* videtur esse antiquus casus instrumentalis, quem ad verbum vertimus sic: alia atque quae sunt ante oculos (Benfey, l. d.

II, 30). Quae forma quomodo particulae prohibitivae possit obtinere locum, nimium est, quod intellegitur. Ea autem ipsa significatione prohibitiva sunt eae particulae, quibuscum $\mu\eta$ cohaeret. Ex linguis enim indicis (cf. Curtius, Grundzüge, p. 334; Benfey, l. d. II, 30) huc referenda est vox $m\grave{a}$ (set. zd. altp.), ex linguis celticis (gael.) mi .

Veteres grammatici, quicumque de coniunctis particulis $\mu\eta$ $o\upsilon$ disputant, cum, ut cas explicent, a verbis timendi proficiscantur, facere non possunt, quim haec ipsa verba mente addi iis quoque locis velint, quibus particulae illae aut alia verba sequantur aut solae sint dictae absoluteque positae. Quam ellipticam quae vocatur explicationem inter recentiores, quorum quidem libri mihi praesto erant, probant Hoogeweenus (doctrina particularum linguae Graecae ed. Schütz, Lipsiae 1806), Buttmannus (Griech. Gr. p. 558 sqq.), Matthiaeus (Ausf. gr. Gr. § 608 sqq.), Rostius (Gr. Gr. § 135), G. Hermannus (de ellipsi et pleonasmō p. 224), Hartungius (Lehre von den Partikeln II, p. 117 sqq.), Bellermannus (commentatio de timendi verbis, Berolini 1833), Gaylerus (l. d. p. 394 sqq.), Merzcius (commentatio de vero et genuino particularum $\mu\eta$ et $\mu\eta$ $o\upsilon$ usu), Kolsterus (über die Partikel $\mu\eta$ $o\upsilon$, progr. gymnas. Meldorf.), Cedersciöldius (commentatio academica de particulis graecis negativis 1843), Lieberkuehnus (de coniunctis negationibus, Wimariae 1848 et 53), Fritschius (Zeitschrift für Alterthumswissenschaft 1854, Nr. 25 sqq., Nr. 37 sqq.), Klotzius (ad Devarium I, 134), Thierschius (Griech. Gram § 300 sqq.), Bernhardyus (wissenschaftliche Syntax p. 403 sqq.), Koppinus (de natura atque usu earum negationum linguae graecae, quae abundare fere dicuntur, diss. inaug. Berl. 1864), Wentzelius (1. über die Partikeln $\mu\eta$ $o\upsilon$ mit dem Participium, Oppeln 1832; 2. Nachträge zu der Lehre über $\mu\eta$ $o\upsilon$,

Gross-Glogau 1843; 3) über einige besondere Gebrauchsweisen der Negationen in der griechischen Sprache, Gross-Glogau 1867), Frankius (l. de particulis negantibus linguae graecae commentatio I. Rintelii 1832; 2. commentatio de usu particularum $o\upsilon\delta\epsilon$ et $o\upsilon\tau\epsilon$, Rintelii 1833; 3. de particulis negantibus linguae graecae commentatio III., Misniae 1859), Baumleinus (l. d. p. 312 sqq.), Kuehnerus (l. d. p. 188,6 sq.).

Quo ex conspectu quamquam apparet ellipticam explicandi rationem grammaticorum ipsis principibus placuisse, tamen particulas coniunctas solas per se esse explicandas, quantum nostra valebit infirmitas, conabimur docere (cf. Lud. Lange, homer. Gebrauch der Part. $\epsilon\iota$ p. 80). Qua in re cum id nobis sit curae, ut, quomodo coniunctae particulae illae ortae sint atque auctae, demonstramus, omnes putavimus inde ab Homeri temporibus usque ad Xenophontem afferendos esse locos, quibus particulae $\mu\eta$ $o\upsilon$ reperiuntur coniunctae. Cum igitur multos perlustravimus scriptores, exempla invenimus solis in his libris: in Iliade, in carminibus Aeschyli, Sophoclis, Euripidis, Aristophanis, in historiis ab Herodoto, Thucydide scriptis, apud Xenophontem, Platonem. (Editiones, quas in afferendis scriptoribus sequimur, haec sunt: Homeri carmina ex recognitione Imm. Bekkeri, Berolini 1843; Herodoti historiae rec. H. Stein, Berol. 1969—71; Thucydidis de bello Peloponnesiaco libri octo ed. Fr. Goeller, Lipsiae 1836; Xenophontis opera ed. Schneider, Lips. 1815; Platonis opera quae feruntur omnia rec. Baier, Orelli et Winkelmann, Turici 1839—42; Poetae scenici ed. Dindorf, Lipsiae 1869). In Odysea vero et in hymnis Homeri, apud Hesiodum, apud poetas lyricos exempla occurrere prorsus nulla. Ex exemplis autem 204 quae nobis sunt explicanda, 83 praebent $\mu\eta$ $o\upsilon$ cum verbo finito coniunctum, 120 cum verbo infinito. Quamquam igitur $\mu\eta$ $o\upsilon$ saepius cum verbo infinito coniunctum reperitur quam cum verbo finito, tamen ab iis locis nobis esse proficiscendum putamus, quibus $\mu\eta$ $o\upsilon$ et verbum finitum legitur, hac qui-

dem de causa. Ut enim omnia verba infinita ex finitis prodierunt, ita enuntiationes *μη οὐ* et verba infinita continententes recentiores sunt iis, quae *μη οὐ* et verba finita praebent. Quo factum est, ut apud Homerum nullum exemplum particularum *μη οὐ* cum verbo infinito coniunctarum reperitur, cum sex contineant verbum finitum.

A. *Μη οὐ* coniectum cum verbo finito.

Ex exemplis huc pertinentibus 83 cum *μη οὐ* undeseptuagies cum coniectivo coniectum sit, septies cum optativo, septies cum indicativo, dubitari non potest, quin propriam ac peculiarem coniungendi rationem putemus eam esse, quae *μη οὐ* et coniectivum praebet. Quare si usum particularum *μη οὐ* cum coniectivo coniectarum cognoverimus, ad optativum et indicativum pergemus. Ut autem exempla in partes quasdam distribuuntur et generibus illustrentur, enuntiationes, in quibus *μη οὐ* in apodosis est, discernendae sunt ab iis, in quibus *μη οὐ* enuntiationem primariam ducit. Apodoses vero, si earum collocationem respicimus, cum aut praeposantur protasisibus aut eas sequantur, esse possunt aut praepositivae aut postpositivae, si earum vim spectamus atque auctoritatem, cum enuntiationis primariae speciem aut adhuc prae se ferant aut non iam habeant, dicuntur aut paratacticae aut hypotacticae. Restat ut ne illud quidem neglegatur, apodoses sensus utrum protasin subsequatur an ei antecedit an cum ea congregiatur. Quare discernendae sunt apodoses subsecutivae et antecessivae et coincidentes (cf. Lange, l. d. p. 17). Sed quamquam id natura inerat in particula *μη*, ut usus eius quam latissime dimanaret, tamen in enuntiationibus secundariis non reperitur nisi in iis, quae sint simul postpositivae et hypotacticae. Hae enuntiationes autem postpositivae hypotacticae, si sunt antecessivae, cum pro simplici *μη* coniectas particulas *ει μη* praebent, in conditionalibus numerari solent, si sunt coincidentes, cum maxime verba timendi antecedant, enuntiationes

timoris dicuntur, si sunt subsecutivae, cum finem quandam significant, nominantur finales (cf. Lange, l. d. p. 149). Sed cum apud eos scriptores, de quibus egimus, nullae existent enuntiationes antecessivae *ει μη οὐ* praebentes, solis de coincidentibus et de subsecutivis dicamus.

I. Jam eo devenimus, ut, quomodo *μη οὐ* cum coniectivo coniectum sit, videamus. Dicamus autem tribus capitibus factis de enuntiationibus primariis, de coincidentibus, de subsecutivis.

a) Enuntiationes primariae.

Tertiam personam singularis continet: Plat. Crito. p. 48D. *καὶν φαινόμεθα ἄδικα αὐτὰ ἐργαζόμενοι, μη οὐ δέη ἔπολο- γίζεσθαι οὐτ' εἰ ἀποθνήσκων δεῖ παραμένοντας καὶ ἡσυχίαν ἄγοντας, οὐτε ἄλλο ὅτιοῦν πάσχειν πρὸ τοῦ ἀδικεῖν.*

Socrates in carcerem deiectus, quamvis Crito ei, ut effugeret, persuadere studeret, tamen, quod illud iniustum esse arbitraretur, remanere maluit. Coniectivo utitur is qui dicit, cum animus in expectatione alicuius rei versatur (cf. Delbrück et Windisch, l. d. p. 17,23). Coniectivus igitur *δέη* negatione *οὐ* praemissa significat Socratem in eam adductum esse expectationem, ut non putaret respiciendum esse neque mori neque aliud pati quidquam prae iniuria. Eam vero animi expectationem tanquam extrinsecus adventientem Socrates reicere a se atque repellere studet addita particula *μη*. Quod lingua vernacula usi sic fere explicamus: fern sei (*μη*) die Erwartung (coni.), dass man vor dem Unrechte nicht berücksichtigen müsse zu sterben.

Alius locus est Homeri. Agamemnon cum eum Chryses, ut redderet filiam, oravisset, in haruspicum acerbissimis verbis invehit his: Iliad. a v. 26.

*μη σε, γέρον, κόλλησιν ἐγὼ παρὰ νηυσὶ κηρείω
ἢ τὴν δηθύνοντ' ἢ ὕστερον αὐτὶς ἰόντα,
μη νό τοι οὐ χραίσμη σκήπτρον καὶ στέμμα θεοίο.*

Quodsi coniectivo *χραίσμη* expectationem dici statui- mus, is est negatione *οὐ* praemissa sensus verborum: ex-

specto non prodesse tibi sceptrum et coronam dei vel non proderit tibi sceptrum et corona dei. Sed cum particula *μή* Agamemnon ostendat reici a se eam ipsam sententiam, is nascitur loci sensus: fern sei die Erwartung, es werde dir nicht nützen der Stab und der Kranz des Gottes. Quod apparet serio dici non posse ab Agamemnone, quippe qui constitutum deliberatumque habeat haruspici, si iterum ad naves in eum inciderit, omnia facere mala. Utitur autem Agamemnon in reicienda hac sententia ironia quadam atque dissimulantia. Aliter Faesius hanc enuntiationem finalem esse ratus particulis et *μή* et *ού* bene respectis sic vertit: damit dir nicht nutzlos sei. At haec enuntiatione non est finalis, sed prohibitiva. Alii autem neglectis singulis particulis *μή* *ού* interpretati sunt: es dürfte dir Nichts nützen. Quare ne id quidem locum totum complectitur. Sed si, quam statuimus sententiam, retinebimus, non modo arti grammaticae videbimur satisfecisse, sed etiam hoc modo et vitam hominum accuratius depictam et mores Agamemnonis subtilius esse descriptos cognoscemus. A quo diversus locus est hic: Herod. V, 79.

ὡς ἐπυρῶντο δὲ λεγόντων αὐτῶν τῶν ἀγχιστα δέεσθαι, εἶπαν οἱ Θηβαῖοι ἀκούσαντες τούτων „οὐκῶν ἀγχιστα ἡμέων οἰκέουσι Ταναγραῖοί τε καὶ Κορωνάιοι καὶ Θεσπιέες; καὶ οὗτοι γε ἅμα ἡμῖν αἰεὶ μαχόμενοι προθύμως συνδιαφέρουσι τὸν πόλεμον· τί δεῖ τούτων γε δέεσθαι; ἀλλὰ μᾶλλον μὴ οὐ τοῦτο ἢ τὸ χρηστήριον.“

Thebani Atheniensibus bellum inferentes cum iis Pythia praecepisset, ut proximorum auxilium implorarent, in conitione de sententia oraculi dubitavisse dicuntur. Cum autem conjunctivus *ἢ* exspectantium sit Thebanorum, verba *ού τοῦτο ἢ τὸ χρηστήριον* si sola spectamus, hac fere sunt significatione: exspectamus hunc non esse oraculi sensum vel hic non erit sensus oraculi. Hoc autem Thebani dicere non possunt, quod res dubia ipsis videatur esse. Quare praemissa particula *μή* hanc ipsam exspectationem reiciunt. Quodsi putamus serio atque revera Thebanos velle removeri haec verba *ού τοῦτο ἢ τὸ χρηστήριον*, is est sensus: fern sei die Erwartung, es wird dies nicht der Sinn des

Orakelspruches sein. Sed facile sognoscitur, quantum recedant ab hac sententia Thebani. Ironia vero usos esse eos hoc loco nemo est, qui contendat. Quae cum ita sint, statuendum esse videtur hoc. Repelluntur quidem verba *ού τοῦτο τὸ ἢ τὸ χρηστήριον* particula *μή*, non tamen perfecte atque absolute, sed propterea, quod Thebani aliud exspectant oraculum. Neque tamen propter hanc rem de particula *μή* licet dubitare, quoniam significatio prohibitiva temperata etiam hoc loco cognoscitur. Quare utuntur Graeci particula prohibitiva *μή*, id quod frequentissime infra occurret, ut sententiam non exspectatam i. e. conjunctivo negato expressam si non revera reicerent, at certe quam cautissime dicerent. Quem Graecorum usum sic imitamur: vielleicht (*μή*) wird (coni.) dies nicht (*ού*) der Sinn des Orakelspruches sein. Quae dicendi ratio quomodo differat a simplici *ού τοῦτο ἢ τὸ χρηστήριον*, supra vidimus, quantum absit a *μή τοῦτο ἢ τὸ χρηστήριον* facile cognoscetur. Nam si hoc legeremus, ea esset sententia: fern sei die Erwartung, dass dies der Sinn des Orakelspruches sei. Apparet autem ne hoc quidem Thebanorum ex animi sententia dictum esse. Quae dicendi rationes tres, cum aut altera particula sola dicatur aut utraque, quamvis non ita multum discedant, tamen confundi videntur non posse.

Jam qui sequuntur loci sunt Platonis:

Platon. Parmen. p. 136 D. *μή γὰρ οὐ γὰρ οὐ γὰρ οὐ γὰρ ἢ ὁ λέγει. ἢ οὐχ ὄρας ὅσον ἔργον προστάτεις;*

Plat. Crat. p. 440 C. *ταῦτ' οὐκ ἴσως οὐκ ἴσως οὐκ ἴσως ἔχει ἢ ἐκείνος, ὡς οἱ περὶ Ἡράκλειτόν τε λέγουσι καὶ ἄλλοι πολλοί, μὴ οὐ ῥᾶδιον ἢ ἐπισκέψασθαι,*

His locis duobus is, qui loquitur, ea est exspectatione: res erit facilis, non exspectat: res non erit facilis. Quae quidem sententia, ut quam cautissime dicatur, praemissa particula *μή* est repulsa, ita tamen, ut non serio atque revera id factum esse cognoscatur. Simillima sunt quattuor exempla haec: Plat. Menon. p. 94 D: *ἀλλὰ γὰρ ἴσως ὁ Θουκυδίδης γὰρ οὐκ ἴσως ἦσαν αὐτῶν πλεῖστοι φίλοι Ἀθηναίων καὶ τῶν συμμάχων; καὶ οἰκίας μεγάλης ἦν καὶ ἐδύνατο μέγα ἐν τῇ πόλει καὶ ἐν τοῖς ἄλλοις Ἑλλήσιν, ὥστε εὔπερ ἦν*

τοῦτο διδασκόν, ἔξενρεῖν ἂν ὅστις ἐμελλεν αὐτοῦ τοὺς νείεις ἀγαθοὺς ποιήσειν, ἢ τῶν ἐπιχωρίων τις ἢ τῶν ξένων, εἰ αὐτοὺς μὴ ἐσχόλαζε διὰ τὴν τῆς πόλεως ἐπιμέλειαν. ἀλλὰ γὰρ, ὡς ἔταϊρε Ἄνυτε, μὴ οὐκ ἢ διδασκόν ἀρετή.

Plat. de virt. p. 378C. ἀλλὰ γὰρ, ὡς ἔταϊρε, μὴ οὐκ ἢ διδασκόν ἢ ἀρετή.

Plat. Menon. p. 94B. τοῦτους μέντοι, ὡς οἶσθα καὶ σύ, ἱππέας μὲν ἐδίδαξεν οὐδενὸς χείρους Ἀθηναίων, καὶ μουσικῆν καὶ ἀγωνίαν καὶ τὰλλα ἐπαίδευσεν, ὅσα τέχνης ἔχειται, οὐδενὸς χείρους· ἀγαθοὺς δὲ ἄρα ἄνδρας οὐκ ἐβούλετο ποιῆσαι; δοκῶ μὲν, ἐβούλετο, ἀλλὰ μὴ οὐκ ἢ διδασκόν.

Plat. de virt. p. 377E: ἀλλὰ μὴ οὐκ ἢ διδασκόν, ἐπεὶ — Sententiam in animis nostris movet scriptor hanc: διδασκόν ἐστιν ἢ ἀρετή. Non sumus igitur ea exspectatione: οὐκ ἐστὶ διδασκόν ἢ ἀρετή, quare his verbis μὴ est praemisum. Atque huc pertinent loci: Plat. conviv. p. 214C:

ἀλλὰ, γάναι, ὡς Ἐρυσίμαχε, τὸν Ἀλκιβιάδην, καλῶς μὲν λέγεις, μεθύοντα δὲ ἄνδρα παρὰ νηγόντων λόγους παραβάλλειν μὴ οὐκ ἐξ ἴσου ἢ.

Plat. Cratyl. p. 438C. Σ. εἶτα, οἶε, ἐναντία ἂν εἰτίθετο αὐτὸς αὐτῷ ὁ θεός, ὦν δαίμων τις ἢ θεός; Κ. ἀλλὰ μὴ οὐκ ἢ τοῦτων τὰ ἕτερα ὀνόματα

Plat. Phaedon. p. 67B.

μὴ καθαρῷ γὰρ καθαρῷ ἐγάπτεσθαι μὴ οὐ θεμιτὸν ἢ.

Plat. Criton. p. 48C.

ἡμῶν δ', ἐπειδὴ ὁ λόγος οὕτως ἀρεῖ, μὴ οὐδὲν ἄλλο σκοπεῖτον ἢ ἢ ὅπερ νῦν δὴ ἐλέγομεν, πότερον δίκαια πράξομεν καὶ χρήματα τελοῦντες τοῦτοις τοῖς ἐμὲ ἐνθένδε ἐξάροισι καὶ χαρίτας, καὶ αὐτοὶ ἐξάγοντές τε καὶ ἐξαγόμενοι, ἢ τῇ ἀληθείᾳ ἀδικήσομεν ταῦτα πάντα ποιοῦντες.

Plat. Lys. p. 220A.

ἀλλὰ μὴ οὐδὲν τι μᾶλλον οὕτω τό γε ἀληθὲς ἔχη.

Plat. Lys. p. 209A.

οὐ δὲ ἄρχεις οὐδενός, ὡς Ἀύσι, οὐδὲ ποιεῖς οὐδὲν ὦν ἐπιθυμεῖς. Οὐ γὰρ πω, ἔφη, ἡλικίαν ἔχω, ὡς Σώκρατες. Μὴ οὐ τοῦτό σε, ὡς παῖ Ἀημοκράτους, κωλύη, ἐπεὶ τό γε τοσόνδε, ὡς ἐγάμαι, καὶ ὁ πατήρ καὶ ἡ μήτηρ σοι ἐπιτρέπουσι καὶ οὐκ ἀναμένουσιν ἕως ἂν ἡλικίαν ἔχης.

Neque adeo differt ratio locorum: Plat. Cratyl. p. 436B.

Σ. Ἀἴλον ὅτι ὁ θεόμενος πρῶτος τὰ ὀνόματα, οἷα ἡγεῖτο εἶναι τὰ πράγματα, τοιαῦτα εἰτίθετο καὶ τὰ ὀνόματα, ὡς γαμεν. ἢ γὰρ;

Κ. Ναί.

Σ. Εἰ οὖν ἐκεῖνος μὴ ὀρθῶς ἡγεῖτο, ἔθετο δὲ οἷα ἡγεῖτο, τί οἶε ἡμᾶς τοὺς ἀκολουθοῦντας αὐτῷ πείσεσθαι; ἄλλο τι ἢ ἔξαπατήσεσθαι;

Κ. Ἀλλὰ μὴ οὐκ οὕτως ἔχη, ὡς Σώκρατες, ἀλλ' ἀναγκαῖον ἢ εἰδότα τίθεσθαι τὸν τιθέμενον τὰ ὀνόματα.

Plato. Crat. p. 432B.

τοῦ δὲ ποιῶν τινὸς καὶ ξυμπάσης εἰκόνας μὴ οὐκ αὐτῆ ἢ ὀρθότης, ἀλλὰ τὸ ἐναντίον οὐδὲ τὸ παράπαν δέη πάντα ἀποδοῦναι, οἷόν ἐστιν ὁ εἰκάζει, εἰ μέλλει εἰκὼν εἶναι.

Plat. Phaed. p. 69A.

Ὡ μακάριε Συμμία, μὴ γὰρ οὐκ αὐτῆ ἢ ἢ ὀρθῆ πρὸς ἀρετῆν ἀλλαγῆ, ἴδονάς πρὸς ἴδονάς καὶ λύπας πρὸς λύπας καὶ φόβον πρὸς φόβον καταλλάττεσθαι, καὶ μειζῶ πρὸς ἐλάττω, ὡς περ νομίσματα, ἀλλ' ἢ ἐκεῖνο μόνον τὸ νόμισμα ὀρθόν, ἀνθ' οὗ δεῖ ἅπαντα ταῦτα καταλλάττεσθαι, φρόνησις,

Plat. Menon. p. 89C.

Μ. Καὶ μὴν ἐδόκει μὲν ἄρτι καλῶς λέγεσθαι.

Σ. Ἀλλὰ μὴ οὐκ ἐν τῷ ἄρτι μόνον δέη αὐτὸ δοκεῖν καλῶς λέγεσθαι, ἀλλὰ καὶ ἐν τῷ τῶν καὶ ἐν τῷ ἔπειτα, εἰ μέλλει τι αὐτοῦ ὑγιὲς εἶναι.

Plat. apolog. p. 39A.

καὶ ἄλλαι μηχαναὶ πολλαὶ εἰσιν ἐν ἐκάστοις τοῖς κινδύνοις, ὥστε διαφεύγειν θάνατον, εἴαν τις τολμῇ πᾶν ποιεῖν καὶ λέγειν. ἀλλὰ μὴ οὐ τοῦτ' ἢ χαλεπὸν, ὡς ἄνδρες, θάνατον ἐκφυγεῖν, ἀλλὰ πολὺ χαλεπώτερον πονηρίαν.

Quorum locorum id est proprium, ut enuntiationi particulas μὴ οὐ continenti alia opponatur, quae careat particulis μὴ οὐ. Verbum autem enuntiationis illius oppositae, quae ducitur particula ἀλλά, sive id quod est in tribus prioribus locis, novum atque integrum additur, sive, ut est in exemplis duobus posterioribus, ex antecedenti enuntiatione repetitur, modum praebet coniunctivum. Cum ii coniunctivi nulla regantur particula, apparet, a quo profecti sumus in hac

τοῦτο διδασκόν, ἐξευρεῖν ἂν ὅστις ἐμελλεν αὐτοῦ τοὺς νίεῖς ἀγαθοὺς ποιήσειν, ἢ τῶν ἐπιχωρίων τις ἢ τῶν ξένων, εἰ αὐτοὺς μὴ ἐσχόλαζε διὰ τὴν τῆς πόλεως ἐπιμέλειαν. ἀλλὰ γὰρ, ὦ εἰταῖρε Ἄνντε, μὴ οὐκ ἢ διδασκόν ἀρετῆ.

Plat. de virt. p. 378C. ἀλλὰ γὰρ, ὦ εἰταῖρε, μὴ οὐκ ἢ διδασκόν ἢ ἀρετῆ.

Plat. Menon. p. 94B. τούτους μέντοι, ὡς οἶσθα καὶ σύ, ἱππέας μὲν ἐδίδαξεν οὐδενὸς χείρους Ἀθηναίων, καὶ μουσικῆν καὶ ἀγωνίαν καὶ τὰλλα ἐπαίδευσεν, ὅσα τέχνης ἔχεται, οὐδενὸς χείρους· ἀγαθοὺς δὲ ἄρα ἄνδρας οὐκ ἐβούλετο ποιῆσαι; δοκῶ μὲν, ἐβούλετο, ἀλλὰ μὴ οὐκ ἢ διδασκόν.

Plat. de virt. p. 377E: ἀλλὰ μὴ οὐκ ἢ διδασκόν, ἐπεὶ — Sententiam in animis nostris movet scriptor hanc: διδασκόν ἐστιν ἢ ἀρετῆ. Non sumus igitur ea exspectatione: οὐκ ἐστι διδασκόν ἢ ἀρετῆ, quare his verbis μὴ est praemisum. Atque huc pertinent loci: Plat. conviv. p. 214C:

ἀλλὰ, γάναί, ὦ Ἐρμύμαχε, τὸν Ἀλκιβιάδην, καλῶς μὲν λέγεις, μεθύοντα δὲ ἄνδρα παρὰ νηγιόντων λόγους παραβάλλειν μὴ οὐκ ἔξ ἴσου ἢ.

Plat. Cratyl. p. 438C. Σ. εἶτα, οἶε, ἐναντία ἂν εἰτίθετο αὐτὸς αὐτῷ ὁ θεός, ὦν δαίμων τις ἢ θεός; Κ. ἀλλὰ μὴ οὐκ ἢ τούτων τὰ ἕτερα ὀνόματα

Plat. Phaedon. p. 67B.

μὴ καθαρῶ γὰρ καθαροῦ ἐγάπτεσθαι μὴ οὐ θεμιτὸν ἢ.

Plat. Criton. p. 48C.

ἡμῖν δ', ἐπειδὴ ὁ λόγος οὕτως ἀρεῖ, μὴ οὐδὲν ἄλλο σκεπτικόν ἢ ἢ ὅπερ νῦν δὴ ἐλέγομεν, πότερον δίκαια πράξομεν καὶ χρήματα τελοῦντες τούτοις τοῖς ἐμὲ ἐνθῆνδε ἐξάρουσι καὶ χαράς, καὶ αὐτοὶ ἐξάγοντές τε καὶ ἐξαγόμενοι, ἢ τῇ ἀληθείᾳ ἀδικήσομεν ταῦτα πάντα ποιῶντες.

Plat. Lys. p. 220A.

ἀλλὰ μὴ οὐδὲν τι μᾶλλον οὕτω τό γε ἀληθὲς ἔχη.

Plat. Lys. p. 209A.

οὐ δὲ ἄρχεις οὐδενός, ὦ Λύσι, οὐδὲ ποιεῖς οὐδὲν ὦν ἐπιθυμεῖς. Οὐ γάρ πω, ἔφη, ἡλικίαν ἔχω, ὦ Σώκρατες. Μὴ οὐ τοῦτό σε, ὦ παῖ Ἀημοκράτους, καλῶν, ἐπεὶ τό γε ἰσοδόνδε, ὡς ἐγώμηναι, καὶ ὁ πατήρ καὶ ἡ μήτηρ σοι ἐπιτρέπονσι καὶ οὐκ ἀναμένουσιν ἕως ἂν ἡλικίαν ἔχης.

Neque adeo differt ratio locorum: Plat. Cratyl. p. 436B.

Σ. Ἀἴθλον ὅτι ὁ θέμενος πρῶτος τὰ ὀνόματα, οἷα ἤγειτο εἶναι τὰ πράγματα, τοιαῦτα εἰτίθετο καὶ τὰ ὀνόματα, ὡς γαμεν. ἢ γὰρ;

Κ. Ναί.

Σ. Εἰ οὖν ἐκεῖνος μὴ ὀρθῶς ἤγειτο, ἔθετο δὲ οἷα ἤγειτο, τί οἶε ἡμᾶς τοὺς ἀκολουθοῦντας αὐτῷ πείσεσθαι; ἄλλο τι ἢ ἐξαπατήσεσθαι;

Κ. Ἀλλὰ μὴ οὐχ οὕτως ἔχη, ὦ Σώκρατες, ἀλλ' ἀναγκᾶιον ἢ εἰδῶτα τίθεσθαι τὸν τιθέμενον τὰ ὀνόματα.

Plato. Crat. p. 432B.

τοῦ δὲ ποιῶν τινὸς καὶ συμπίσσης εἰκόνας μὴ οὐχ αὕτη ἢ ὀρθότης, ἀλλὰ τὸ ἐναντίον οὐδὲ τὸ παράπαν δέη πάντα ἀποδοῦναι, οἷον ἐστὶν ὁ εἰκάζει, εἰ μέλλει εἰκῶν εἶναι.

Plat. Phaed. p. 69A.

Ἦ μακάριε Σιμμία, μὴ γὰρ οὐχ αὕτη ἢ ἢ ὀρθῆ πρὸς ἀρετὴν ἀλλαγῆ, ἴδονάς πρὸς ἴδονάς καὶ λύπας πρὸς λύπας καὶ φόβον πρὸς φόβον καταλλάττεσθαι, καὶ μεῖζω πρὸς ἐλάττω, ὡσπερ νομίσματα, ἀλλ' ἢ ἐκεῖνο μόνον τὸ νόμισμα ὀρθόν, ἀνθ' οὗ δεῖ ἅπαντα ταῦτα καταλλάττεσθαι, φρόνησις,

Plat. Menon. p. 89C.

Μ. Καὶ μὴν ἐδόκει μὲν ἄρτι καλῶς λέγεσθαι.

Σ. Ἀλλὰ μὴ οὐκ ἐν τῷ ἄρτι μόνον δέη αὐτὸ δοκεῖν καλῶς λέγεσθαι, ἀλλὰ καὶ ἐν τῷ τῶν καὶ ἐν τῷ ἔπειτα, εἰ μέλλει τι αὐτοῦ ἕγιες εἶναι.

Plat. apolog. p. 39A.

καὶ ἄλλαι μηχαναὶ πολλαὶ εἰσιν ἐν ἐκάστοις τοῖς κινδύνοις, ὥστε διαγεύγειν θάνατον, ἐάν τις τολμῇ πᾶν ποιῆν καὶ λέγειν. ἀλλὰ μὴ οὐ τοῦτ' ἢ χαλεπὸν, ὦ ἄνδρες, θάνατον ἐκφυγεῖν, ἀλλὰ πολὺ χαλεπότερον πονηρίαν.

Quorum locorum id est proprium, ut enuntiationi particulas μὴ οὐ continenti alia opponatur, quae careat particulis μὴ οὐ. Verbum autem enuntiationis illius oppositae, quae ducitur particula ἀλλά, sive id quod est in tribus prioribus locis, novum atque integrum additur, sive, ut est in exemplis duobus posterioribus, ex antecedenti enuntiatione repetitur, modum praebet coniunctivum. Cum ii coniunctivi nulla regantur particula, apparet, a quo profecti sumus in hac

quaestione, ne eos quidem coniunctivos, quibus *μη οὐ* antecedit, cum his particulis cohaerere.

Tertiam personam pluralis praebentes duo sunt loci afferendi. Juppiter cum a Junone vituperatur, quod Thetidis precibus cesserit, ut Achillem ulciscatur, coniugi cum alia foedissima verba facit tum hoc minitatur: Il. a. 565.

ἀλλ' ἀκέουσα κάθησο, ἐμῶ δ' ἐπιπείθεο μύθῳ,
μή νύ τοι οὐ χραίσμωσιν ὅσοι θεοὶ εἰς' ἐν Ὀλύμπῳ
ἄσσον ἰόνθ', ὅτε κέν τοι ἀπίτους χεῖρας ἐφείω.

Quae verba quod simillima iis sunt, quae eiusdem libri initio a versu 26 leguntur, de quibus iam supra dictum est, non habeo, quod hoc loco addam. Alter locus est hic: Plat. amat. p. 137. A.

ὡμολογοῦμεν ἄρα, ὡς ἔοικε, κατὰ γε τὸν σὸν λόγον, εἴπερ τὸ φιλοσοφεῖν ἐστὶ περὶ τὰς τέχνας ἐπιστήμονας εἶναι ὃν σὺ λέγεις τὸν τρόπον, πονηροὺς αὐτοὺς εἶναι παῖ ἀχρήστους, ἕως ἂν ἐν ἀνθρώποις τέχνη αἴσιν. ἀλλὰ μή οὐχ οὕτως, ὡ φίλε, ἔχωσι, μηδ' ἢ τοῦτο φιλοσοφεῖν, περὶ τὰς τέχνας ἐσπουδακέναι, οὐδὲ πολυπραγμονοῦντα κινιτάζοντα ζῆν, οὐδὲ πολυμαθοῦντα, ἀλλ' ἄλλο τι, Verba οὐχ οὕτως ἔχωσι non revera sunt repulsa particula *μή*, sed quod ex antecedentibus non exspectari videntur. Quae autem adnexa est enuntiatio *μηδ' ἢ τοῦτο φιλοσοφεῖν*, eam sic apparet explendam esse: *μηδ' οὐ ἢ τοῦτο φιλοσοφεῖν*. Hoc loco igitur particulae *μη οὐ* tantum abest, ut enuntiatione addita altera coniunctae repetantur, ut sola voce *μηδέ* commutentur (cf. Thuc. III. 105).

Quae secundam praebent verbi personam exempla quamquam nulla reperimus, tamen non est, cur linguam graecam ab hac dicendi ratione abhorreere putemus. Primam vero personam singularis legimus Xen. mem. IV, 2, 12: ἄρ' οὐν ἔφη, ὡσπερ οἱ τέκτονες ἔχουσι τὰ ἐαντιῶν ἔργα ἐπιδεῖξαι, οὕτως οἱ δίκαιοι τὰ αὐτῶν ἔχοιεν ἂν ἐξηγήσασθαι; μή οὐν, ἔφη ὁ Εὐθύδημος, οὐ δύναμαι ἐγὼ τὰ τῆς δικαιοσύνης ἔργα ἐξηγήσασθαι; καὶ νῆ Δι' ἔγωγε τὰ τῆς ἀδικίας.

Particula *μή* hoc loco sententiam verbis dictam οὐ δύναμαι absolute atque revera reicit. Significant igitur verba *μή οὐν οὐ δύναμαι ἐγὼ ἐξηγήσασθαι*; si affectata Grae-

corum indolē explicamus: fern sei also die Erwartung, ich werde nicht Anleitung geben können?

Pluralis denique numerus est Plat. Crat. p. 432 A.

ἀλλ' ὁρᾶς, ὦ Σώκρατες, ὅταν ταῦτα τὰ γράμματα, τό τε ἄλφα καὶ τὸ βῆτα καὶ ἐν ἕκαστον τῶν στοιχείων, τοῖς ὀνόμασιν ἀποδιδῶμεν τῇ γραμματικῇ τέχνῃ, ἐάν τι ἀφέλῳμεν ἢ προσθῶμεν ἢ μεταθῶμεν τι, οὐ γέγραπται μὲν ἡμῖν τὸ ὄνομα, οὐ μέντοι ὀρθῶς, ἀλλὰ τὸ παράπαν οὐδὲ γέγραπται, ἀλλ' εὐθὺς ἕτερόν ἐστιν, ἐάν τι τούτων πάθῃ.

Σ. Μὴ γὰρ οὐ καλῶς σκοπῶμεν οὕτω σκοποῦντες, ὦ Κρατύλε.

Plat. conviv. p. 194 C.

ἀλλ' εὖ οἶδα ὅτι εἴ τισιν ἐντύχοις οὓς ἡγοῖο σοφοί, μᾶλλον ἂν αὐτῶν φροντίζοις ἢ τῶν πολλῶν. ἀλλὰ μή οὐχ οὗτοι ἡμεῖς ὄμεν. ἡμεῖς μὲν γὰρ καὶ ἐκεῖ παρῆμεν καὶ ἡμεῖς τῶν πολλῶν.

Quas non exspectamus sententias, eae continentur verbis: οὐ καλῶς σκοπῶμεν οὕτω σκοποῦντες et οὐχ οὗτοι ἡμεῖς ὄμεν. Quae verba serio non reici nimium est, quod intellegitur.

Hic allatis exemplis particulam *μή* prohibitivam in enuntiationibus primariis dictam esse videmus rationibus tribus. Verba enim is qui dicit hac particula aut, qui est usus proprius atque peculiaris, perfecte atque absolute reici vult aut a se prohiberi simulat, cum vel ironia dissimulantiaque utatur vel quae res non exspectentur, eas verbis quam lenissimis atque amantissimis pronuntiet. Quem quidem tertio loco diximus usum particulae *μή*, longe frequentissimus est. De verbo autem, quod particulas coniunctas *μη οὐ* sequitur, hoc statuere licet. Cum exempla utriusque numeri et tertiam personam verbi praebeant et primam, nihil iis frequentius est locis, qui tertiam personam singularis continent. Plerumque autem occurrit forma *ἢ*, rarissime praeterea coniunctivi *ἐχῆ*, *δέη*, *χραίσμας*, *ἔχωσι*, *χραίσμωσι*, *δύναμαι*, *ὄμεν*, *σκοπῶμεν*. Quo ex conspectu apparet nullum aliud esse tempus verbi nisi praesens.

Unde colligitur, quomodo scribendum sit Eurip. Med. v. 451:

κάμοι μὲν οὐδὲν πράγμα μὴ παύση ποτὲ
λέγουσ' Ἴάσον' ὡς κάκιστος ἐστ' ἀνὴρ.

Verborum enim μὴ παύση sensus est: fern sei die Erwartung, du wirst aufhören. Qui cum aptissimus sit, recienda est Saupprii coniectura μὴ οὐ παύση, quae contrarium dicit: fern sei die Erwartung, du wirst nicht aufhören. Neque vero rationi grammaticae verba μὴ οὐ παύση satisfacere videntur, quod verbum enuntiationum primariarum, quae μὴ οὐ continent, semper praebet tempus praesens, nunquam aoristum.

Ex his enuntiationibus primariis eae ortae atque auctae sunt enuntiationes secundariae, in quibus μὴ οὐ et coniunctivus legitur. Coniunctae enim particulae et coniunctivus ut in enuntiationibus primariis negativae expectationis sunt cuiusdam prohibitive, ita in enuntiationibus secundariis eam significant negativam expectationem, quam enuntiationis primariae subiectum prohiberi a se atque reici vult. Proprium autem atque perpetuum id est illis enuntiationibus secundariis, ut primarias sequantur, nunquam iis praecedant. Quare de quibus locis iam dicemus, ii particulas μὴ οὐ non continent nisi in enuntiationibus quas supra vocavimus postpositivis. Sed ex Graecorum dicendi ratione cum enuntiatio prohibitiva, quam μὴ particula ducit, nullo nisi sensus vinculo ad antecedentem sententiam adiungatur, postpositivae eae enuntiationes paratacticae sunt principio appositae. Quod quidem ex earum forma cognosci potest, quae ab enuntiationibus primariis non differt. Jam cum altera appositarum enuntiationum, quod gravior esse videretur, altiore voce pronuntiaretur, altera diceretur submissius, haec ex primaria enuntiatione in secundariam paulatim abiit. Hanc rationem simplicissimam secutae cum enuntiationes relativae ex paratacticis hypotacticae sunt factae (cf. Curtius, Erläuterungen, Prag 1870 p. 190), tum eae, quae ducuntur particulis μὴ, εἰ, ἢ (ἤ) (cf. Lange, Part. εἰ p. 11). Quare eas etiam hoc loco in enuntiationibus secundariis iisque hypotacticis numerabimus. Ac priore quidem loco de iis exemplis agamus, quorum protasis et apodosis sint coincidentes.

b) Enuntiationes coincidentes.

In exemplis supra commemoratis particulam μὴ et coniunctivum dicta esse cognovimus eo consilio, ut expectatio aliqua negata tamquam molesta reiceretur. Sed cum in dubio reliquatur, num, quam rem reici velimus, ea etiam remaneat, fieri non potest, ut nescio quo agitemur timore. Ut igitur timor quidam animi exprimat ad particulam μὴ sequente coniunctivo non opus est addi quidquam. Quodsi praecedat verbum timendi, eandem apparet animi sententiam duabus rationibus descriptam esse, altera μὴ cum coniunctivo coniuncto, altera verbo addito δεῖδω (cf. Lange l. d. p. 124 A. 154). Quod facillime illustratur his verbis Homeri: Od. ε. 473:

δεῖδω μὴ θήρεσσιν ἔλωρ καὶ κέρμα γένομαι.

Utraque huius versus enuntiatio eadem est vi atque significatione. Si Graecorum rationem, quae olim fuit, paratacticam sequimur, altera enuntiatio primaria est δεῖδω, altera μὴ θήρεσσιν ἔλωρ καὶ κέρμα γένομαι. Molesta autem cum ea sit expectatio θήρεσσιν ἔλωρ καὶ κέρμα γένομαι, particula μὴ repudiatur. Quamquam autem qui repugnat ipse non sine omni timore est, tamen etiam verbum δεῖδω est praemissum. Quare Graeci sic intellexerunt: timore quodam captus teneor; ne sim bestiarum praeda. Atque si verba μὴ — γένομαι comparaverimus cum enuntiatione primaria vel hac Iliad. π. 128.

μὴ δὲ νῆας ἔλωσι καὶ οὐκέτι φρικτὰ πέλωνται
nullum prorsus discrimen inveniemus.

Cum exempla iterum disponamus secundum personam, quam coniunctivus particulas μὴ οὐ sequens praebet, a tertia persona singularis profecti hos habemus locos, de quibus dicamus.

Menelaus postquam lecto noctu deserto Agamemnonem adiit, cum, quod arma vidit indumentem, alloquitur verbis his Iliad. x. 37:

τίψ' οὕτως, ἤθεις, κορύσσει; ἢ τιν' εἰαίρων
 ὀτρυνέεις Τρώεσσιν ἐπίσκοπον; ἀλλὰ μάλ' αἰνῶς
 δεῖδω μὴ οὐ τίς τοι ὑπόσχηται τόδε ἔργον,
 ἄνδρας δισμενέας σκοπιαζέμεν οἷος ἐπελθῶν
 νύκτα δι' ἀμβροσίην.

Verba μὴ οὐ τίς τοι ὑπόσχηται τόδε ἔργον, ut parataxis quae fuerit perspiciatur, seiungenda sunt a praecedentibus ἀλλὰ μάλ' αἰνῶς δεῖδω. Jam quomodo nova eaque primaria enuntiatio possit accipi videamus. Coniunctivus enim ὑπόσχηται eodem sensu dictus est quo coniunctivi, quibus expectationem contineri demonstravimus. Menelaus igitur expectat neminem promittere, se exploratum Troianorum castra esse profecturum. Cum autem haec exspectatio Menelao molestissima sit, is ab ea se abhorreere particula μὴ declarat. Quod lingua vernacula hoc fere modo dicitur: Gott verhüte, dass dir Niemand diese That verspreche. Unde facillime cognoscitur, qui factum sit, ut verbum δεῖδω addatur. Cum enim Menelaus illud a se prohibere studeat οὐ τίς τοι ὑπόσχηται, id ipsum vero futurum esse existimet, id quod coniunctivo indicatur, non potest non versari magno in timore: es beschleicht mich eine Furcht. Gott verhüte, dass dir Niemand diese That verspreche. Animi igitur affectionum si sequimur ordinem, prior est exspectatio mali cuiusdam, posterior timor, enuntiationum si spectamus seriem, verbum timendi praecedit. Sed quod hoc coniunctum est cum sequenti enuntiatione nullo vinculo nisi congregatione sententiarum, verba μὴ οὐ τίς τοι ὑπόσχηται τόδε ἔργον ab illis primariis enuntiationibus, quas supra descripsimus, non discrepat, nisi quod verbum δεῖδω antecedit. Eodem modo intellegendi sunt loci hi: Thuc. libr. V cap. 32: ὡς δὲ οὐδὲν ἂν ἔγασαν ἐναντιωθῆναι οἱ Τεγεᾶται Λακεδαιμονίοις, οἱ Κορίνθιοι μέχρι τούτου προθύμως πρᾶσσοντες ἀνεῖσαν τῆς φιλορειακίας καὶ ὀρρώδησαν μὴ οὐδεὶς σφίσιν ἔτι τῶν ἄλλων προσχωρῆ.

Xen. anab. IV, 7,11:

ὁ δὲ Ἀγασίας ὡς ὄρῃ τὸν Καλλίμαχον, ἃ ἐποίει, καὶ τὸ στρατεύμα πᾶν θεώμενον, δεῖσας, μὴ οὐ πρῶτος παραδράμη εἰς τὸ χορίον, οὐδὲ τὸν Ἀριστάνυμον πλησίον ὄντα παρακα-

λέσας, οὐδὲ Εὐρύλοχον τὸν Λουσιέα, εἰαίρους οντας, οὐδὲ ἄλλον οὐδένα, χωρεῖ αὐτός, καὶ παρέρχεται πάντας.

Quorum trium locorum particula μὴ sensu est absoluto, cum coniunctivus negatus revera reiciatur. Non idem statuere licet de hoc loco: Plat. reip. p. 368B: δέδοικα γὰρ μὴ οὐδ' ὅσιον ἢ παραγενόμενον δικαιοσύνη κακηγορουμένη ἀπαγορεύειν καὶ μὴ βοηθεῖν ἔτι ἐμπνέοντα καὶ δυνάμενον φθέγγεσθαι.

Etiam hoc loco videamus, quid verba μὴ οὐδ' ὅσιον ἢ sola significant, quo facilius cognoscatur apposita ea principio fuisse, non supposita. Coniunctivus autem ἢ et particulae μὴ οὐ coniunctae eodem modo videntur intellegenda esse quo, id quod supra commemoratum est, Thebanorum illud Herod. V, 79: μὴ οὐ τοῦτο ἢ τὸ χρηστήριον. Ut illi enim exspectant non eum, quem dicunt, sensum esse oraculi eamque ipsam expectationem quamvis lenissime repudiant, ita hoc loco Plato exspectat, cum intersimus alicui, qui iniuria opprobriis afficiatur, nefas esse deficere ac non potius opitulari, quod quidem addita μὴ particula prohibitiva ita dicit modeste, ut quodammodo res in dubio relinquatur: vielleicht wird es nicht recht sein. Sed cum exspectet Plato, quod vult prohiberi, timore quodam est agitato. Quare si animi motus lingua exprimere conabimur eodem quo oriuntur ordine, hac fere ratione dicemus: fortasse nefas erit et hac quidem de causa metuo.

Tertia persona singularis cum plurali coniuncta reperitur hoc loco: Thuc. III, 105:

ἀπέστειλαν δὲ καὶ ἄγγελον οἱ περὶ τὰς Ὀλλας Ἀμπρακιῶται ἐς τὴν πόλιν κελεύοντες σφίσι βοηθεῖν πανδημεί, δεδιότες μὴ οἱ μετ' Εὐρύλοχου οὐ δύνωνται διελθεῖν τοὺς Ἀκαρνανας καὶ σφίσιν ἢ μονωθεῖσιν ἢ μάχη γένηται ἢ ἀναχωρεῖν βουλομένοις οὐκ ἢ ἀσφαλές.

Coniunctivi, quibus exspectatio aliqua dicta est, sunt hi: δύνωνται, γένηται, ἢ. Sed cum et δύνωνται et ἢ negationem οὐ praepositam habeant, Ambraciotae ea sunt exspectatione: οἱ μετ' Εὐρύλοχου οὐ δύνωνται, ἢ μάχη γένηται, ἀναχωρεῖν οὐκ ἢ ἀσφαλές, quae quidem iis est molestissima. Ea autem ut repudietur, particula μὴ praemissa est. Quod num con-

tingat, cum Ambraciatae dubitent, non possunt non agitari timore. Cum igitur μή et ad οὐ δύνωνται et ad γένηται et ad οὐκ ἢ ἀσφαλές referendum sit, proprie sic dicendum erat: μή οὐ δύνωνται, μή γένηται, μή οὐκ ἢ ἀσφαλές. Quo loco luce clarius cognoscitur inter enuntiationes μή οὐ sequente coniunctivo continentes atque eas, quae simplex μή et coniunctivum praebeant, nihil interesse, nisi quod illae sint negativae hae positivae, utraque sit enuntiatio prohibitiva. Praeter hunc locum, quo tertia persona singularis et pluralis occurrit, videamus cetera exempla, quae tertiam personam pluralis praebent. Et primum quidem afferendi sunt hi loci. Eurip. Phoen. 263:

ὁ καὶ δέδοικα μή με δικτύων ἔσω
λαβόντες οὐκ ἐκγρῶσ' ἀναίμακτον χροῖα.

Thuc. I, 91.

ἐφοβέιτο γὰρ μή οἱ Λακεδαιμόνιοι σφᾶς, ὅποτε σφῶς ἀκούσειαν, οὐκέτι ἀγῶσιν.

Herod. IX, 46.

ἀλλὰ ἀρρωδέομεν, μή ὑμῖν οὐκ ἡδέες γένωνται οἱ λόγοι.

Thuc. II, 72.

δεδιέναι δὲ καὶ περὶ τῆ πάσης πόλει μή ἐκείνων ἀποχωρησάντων Ἀθηναῖοι ἐλθόντες σφίσι οὐκ ἐπιτρέψωσιν, ἢ Θηβαῖοι ὡς ἔνορκοι ὄντες κατὰ τὸ ἀμφοτέρους δεχέσθαι, αὐθις σφῶν τὴν πόλιν πειράσουσι καταλαβεῖν.

Thuc. IV, 46.

δεδιότες μή οἱ Ἀθηναῖοι τοὺς ἐλθόντας οὐκ ἀποκτείνωσι μηχανῶνται τοιόνδε τι.

Omnibus his locis cum particula οὐ, id quod verborum illorum Thucydidis III, 105 proprium est, ita cohaereat cum verbo, ut ex duabus his vocibus una nata esse videatur, maxime id est exemplo, quomodo fieri possit, ut particulae μή et οὐ coniungantur. Additur enim ad prohibitivam particulam negativa. Liberior collocatio negationis οὐ cernitur hoc loco: Thuc. VII, 8. φοβούμενος δὲ μή οἱ πεμπόμενοι ἢ κατὰ τοῦ λέγειν ἀδυνασίαν ἢ καὶ γνώμης ἐλλιπεῖς γιγνόμενοι ἢ τῷ ὄχλῳ πρὸς χάριν τι λέγοντες οὐ τὰ ὄντα ἀπαγγέλλωσιν, ἔγραψεν ἐπιστολῆν, νομίζων οὕτως ἂν μάλιστα τὴν αὐτοῦ γνώμην μηδὲν ἐν τῷ

ἀγγέλῳ ἀγασθεῖσαν μαθόντας τοὺς Ἀθηναῖους βουλευσασθαι περὶ τῆς ἀληθείας.

Artissime vero coniunctae reperiuntur particulae μή οὐ his quinque locis: Thuc. II, 76.

δεδιότες δὲ μή οὐδ' οὕτω δύνωνται ὀλίγοι πρὸς πολλοὺς ἀντέχειν προσηπεξεῦρον τόδε.

Herod. VII, 163.

Γέλων δὲ πρὸς ταῦτα δέισας μὲν περὶ τοῖσι Ἕλλησι μή οὐ δύνωνται τὸν βάρβαρον ὑπερβαλέσθαι.

Herod. VI, 9.

ὡς δὲ καὶ αὐταὶ ἀπίκαιο πρὸς τὴν Μιλησίην καὶ ὁ πεζὸς σφι ἅπας παρῆν, ἐνθαῦτα οἱ Περσέων στρατηγοὶ πυθόμενοι τὸ πλῆθος τῶν Ἰάδων νεῶν, καταρρώδησαν μή οὐ δυνατοὶ γένωνται ὑπερβαλέσθαι, καὶ οὕτω οὔτε τὴν Μίλητον οἰοί τ' ἔωσι ἐξελεῖν μή οὐκ ἔόντες ναυκράτορες, πρὸς τε Λαρείου κινδυνεύσωσι κακὸν τι λαβεῖν.

Thuc. III, 4.

καὶ οἱ στρατηγοὶ τῶν Ἀθηναίων ἀπεδέξαντο, καὶ αὐτοὶ φοβούμενοι μή οὐκ ἱκανοὶ ὦσι Λέσβῳ πάση πολεμεῖν.

Thuc. III, 92.

τούτων δὲ οἱ Τραχίνιοι πολέμῳ ἐσθαρμένοι ὑπὸ Οἰταίων ὁμόρων ὄντων, τὸ πρῶτον μελλήσαντες Ἀθηναίους προσθῆναι σφᾶς αὐτοὺς, δέισαντες δὲ μή οὐ σφίσι πιστοὶ ὦσι, πέμπουσιν ἐς Λακεδαίμονα, ἐλόμενοι πρεσβευτὴν Τισαμενόν.

Quibus omnibus locis sententiam coniunctivo negato dictam absolute atque perfecte repudiari nimium est quod intellegitur.

Secunda persona est Eur. Andr. 624:

πρὸς τοῖςδε δ' εἰς ἀδελφὸν οὐ' ἐφύβρισας,
σφάζαι κελεύσας θυγατέρ' ἐνηθέστατα;
οὕτως ἔδειςας μή οὐ κακὴν δάμαρτ' ἔχης.

Eur. Electr. 568.

πάλαι δέδοικα, μή σύ γ' οὐκέτι εὖ φρονῆς.

Thuc. III, 57.

καὶ οὔτε τῶν τότε ξυμμάχων ὠφελεῖ οὐδεὶς, ὑμεῖς τε, ὦ Λακεδαιμόνιοι, ἢ μόνη ἐλπίς, δίδιμεν μή οὐ βέβαιοι ἦτε.

Xen. hist. gr. I, 7, 26:

Τί δὲ καὶ δεδιότες σφόδρα οὕτως ἐπέειρεθε; ἢ, μή οὐκ

ἡμεῖς, ὃν ἂν βούλησθε, ἀποκτείνητε καὶ ἐλευθερώσητε, ἂν κατὰ τὸν νόμον κρίνητε, ἀλλ' οὐκ ἂν παρὰ τὸν νόμον, ὥσπερ Καλλιζενος τὴν βουλὴν ἔπεισεν ἐς τὸν δῆμον ἐξενεγκεῖν μῆ ψήφῳ;

Primam personam singularis habet: Xen. anab. I, 7,7:

ἢν δ' ἡμεῖς νικήσωμεν, ἡμᾶς δεῖ τοὺς ἡμετέρους φίλους τοῦτων ἐγκρατεῖς ποιῆσαι. Ὡστε οὐ τοῦτο δέδοικα, μὴ οὐκ ἔχω, ὅ τι δῶ ἐκάστω τῶν φίλων, ἂν εὖ γένηται, ἀλλὰ μὴ οὐκ ἔχω ἱκανοῦς, οἷς δῶ.

Xen. mem. II, 3,10.

καὶ ὁ Χαιρεκράτης, δέδοικα ἔφη, ὦ Σώκρατες, μὴ οὐκ ἔχω ἐγὼ τοσαύτην σοφίαν, ὥστε Χαιρεφῶντα ποιῆσαι πρὸς ἐμὲ οἷον δεῖ.

Xen. oecon. XVI, 6.

Ἀλλὰ τοῦτο μὲν, ἔφη ἐγώ, ὦ Ἰσχύμαχε, ἱκανῶς ἤδη μοι δοκῶ ἀποτεταρρηχέναι, ὥς οὐ δεῖ φοβοῦμενον, μὴ οὐ γινῶ τῆς γῆς φύσιν, ἀπέχεσθαι γεωργίας.

Primam vero personam pluralis invenimus Plat. Theaet. p. 184 A.

φοβοῦμαι οὖν μὴ οὔτε τὰ λεγόμενα ξυνηῶμεν, τί τε διανοούμενος εἶπε πολὺ πλεον λειπώμεθα, καὶ τὸ μέγιστον, οὐ ἔνεκα ὁ λόγος ὠρμηται, ἐπιστήμης πέρι, τί ποτ' ἐστίν, ἄσκηπτον γένηται ὑπὸ τῶν ἐπεισχωμαζόντων λόγων, εἴ τις αὐτοῖς πείσειται.

Postquam de iis locis egimus, quibus verbum *δεῖδω* eundem continet timorem atque qui est in *μὴ οὐ* sequente coniunctivo, pergamus enumerare ea exempla, quae enuntiationem prohibitivam eamque timorem exprimentem adiectam habent ad verba sentiendi. Eae autem enuntiationes prohibitivae, quamvis secundariorum enuntiationum speciem prae se ferant, tamen, id quod de antecedentibus quoque locis statuimus, primariae olim adiunctae sunt, non subiunctae. Quas ut solemus in numero enuntiationum secundariorum referimus. Exemplo utar hoc Il. x. 100:

— οὐδέ τι ἴδμεν,

μὴ πως καὶ διὰ νύκτα μενοιγῆσσι μάχεσθαι.

Verba *μὴ πως καὶ διὰ νύκτα μενοιγῆσσι μάχεσθαι* hoc sunt sensu: Gott verhüte, dass sie die Nacht hindurch zu kämpfen gedenken. Quae verba apparet sola et bene intel-

legi et per grammaticam rationem usurpari. Quodsi verba praecedunt *οὐδέ τι ἴδμεν* duae appositae sunt enuntiationes primariae. Nulla enim alia lege coniuncti sunt nisi servato ordine sententiarum. Eae vero enuntiationes prohibitivae speciem prae se ferunt quaestionum secundariorum (cf. L. Lange l. d. p. 123). Facile enim verba supra dicta *οὐδέ τι* — *μάχεσθαι* sic possunt accipi: wir wissen nicht, ob sie gedenken. Quare cum veritate dictum esse videtur illud Kuehneri (R. Kuehner, ausf. Gr. p. 773 sqq.), qui directa particula *μὴ* duas statuit voces esse, alteram negativam alteram interrogativam. Ab hac sententia quantum recedamus, supra demonstravimus. Sed post verba sentiendi ab Homero non modo sola particula prohibitiva *μὴ* ut exemplo supra commemorato ita aliis locis multis dicitur, sed etiam coniunctae particulae *μὴ οὐ* reperiuntur. Juppiter Neptunum ut deterreat de pugna nuntia Iri dimissa hoc monet Il. o. 162.

εἰ δέ μοι οὐκ ἐπέεσσ' ἐπιπέσειται ἀλλ' ἀλογήσει,
φραζέσθω δὴ ἔπειτα κατὰ φρένα καὶ κατὰ θυμόν,
μὴ μ' οὐδὲ κρατερός περ ἐὼν ἐπιόντα ταλάσῃ
μεῖναι, ἐπεὶ ἐύ φημι βίη πολὺ φέρτερος εἶναι

165. καὶ γενεῇ πρότερος.

Enuntiatio prohibitiva, cuius verbum est negatum, continetur vocibus *μὴ* — *μεῖναι*. Haec verba autem et sensu et forma simillima sunt verborum Il. a. 28. Ut enim illo loco Agamemnon opibus suis atque potestate fretus sententiam ironice ab se reicit eam: tibi non erit ulli commodo sceptrum et corona dei, sic nostro exemplo deorum atque hominum rex ironia usus ab se repudiari simulat hoc: non sustinebit impetum meum. Quae enuntiationes prohibitivae, quarum alteram Il. a. 28 nostro more in primariis, alteram Il. o. 164 in secundariis referimus, quam sint simili forma, tum maxime cognoscetur, cum quae verba enuntiationi secundariae praecedunt *φραζέσθω* — *θυμόν* ante primariam illam *μὴ νύ τοι οὐ χραίσμη* posuerimus: *φράξω δὴ κατὰ φρένα καὶ κατὰ θυμόν, μὴ νύ τοι οὐ χραίσμη κτλ.* Ut igitur primaria enuntiatione *μὴ νύ τοι οὐ χραίσμη κτλ.* praemisso verbo sentiendi in secundariam transit, sic omissis verbis *φραζέσθω* — *θυμόν* ex secundaria nascitur primaria:

μή μ' οὐδέ μείναι ταλάσση. Quamquam sane aoristus verbi ταλάσση cum ratione enuntiationum primariarum pugnat. Nostro autem sermone complectuntur verba hoc: Gott ver- hütte, er wird, so stark er auch ist, meinem Anstürmen nicht Stand halten. Retinendum tamen nobis est, illud Gott ver- hütte ironice et minaciter dictum esse. Quodsi vero lingua vernacula ducti verba μή μ' οὐδέ — μείναι quaestionem secundariam esse putamus, cum Kuehnero sic vertemus: er soll überlegen, ob er Stand halten wird. Quamvis igitur Kuehnerus et brevi et simplici ratione utatur, tamen quid sibi velint illa verba, neque explicat neque intellegit.

Ad significationem verbi γράζεσθαι proxime accedunt verba cogitandi σκοπεῖν, μειναοεῖν, ἐννοεῖν, quae praecedunt coniunctis particulis μή οὐ his locis:

Plat. Lach. p. 187 A.

εἰ γάρ νῦν πρῶτον ἀρξέσθε παιδεύειν, σκοπεῖν χρῆ μή οὐκ ἐν τῷ Καρὶ ὑμῖν ὁ κίνδυνος κινδυνεύηται, ἀλλ' ἐν τοῖς νείσοι τε καὶ ἐν τοῖς τῶν φίλων παισὶ, καὶ ἀτεχνῶς τὸ λεγόμενον κατὰ τὴν παροιμίαν ὑμῖν συμβαίνη, ἐν πύθῳ ἢ κερ- μεία γιγνομένη.

Xen. instit. Cyr. I, 1,3:

ἐπειδὴ δὲ ἐνενοήσαμεν, ὅτι Κῦρος ἐγένετο Πέρσης, ὃς παμπόλλους μὲν ἀνθρώπους ἐκτίσαστο πειθομένους αὐτῷ, παμ- πόλλας δὲ πόλεις, πάμπολλα δὲ ἔθνη, ἐκ τούτου δὴ ἡραγαζό- μεθα μειναοεῖν, μή οὔτε τῶν ἀδυνάτων οὔτε τῶν χαλεπῶν ἔργων ἢ τὸ ἀνθρώπων ἀρχεῖν, ἢν τις ἐπισταμένως τοῦτο πράττη.

Plat. Theag. 122 C.

ἐννοῶ γάρ, μή καὶ ὁ μειρακίσκος οὔτος οὐ τούτου ἐπι- θυμῆ οὐ ἡμεῖς αὐτὸν οἴομεθα ἐπιθυμεῖν, ἀλλ' ἑτέρον, εἴτ' αὖ ἡμεῖς εἴ τι ἀτοπώτεροι ὦμεν περὶ ἄλλον του βουλευόμενοι.

Quibus locis quae enuntiationes secundariae occurrunt, cae conferantur cum illa primaria Herod. V, 79: μή οὐ τοῦτο ἢ τὸ χρηστήριον. Nam verba οὐκ ὁ κίνδυνος κινδυνεύηται, οὔτε τῶν ἀδυνάτων οὔτε τῶν χαλεπῶν ἔργων ἢ, ὁ μειρακίσκος οὔτος οὐ τούτου ἐπιθυμῆ, quod non exspectantur, a subiecto reiciuntur, non tamen absolute.

Sequuntur particulae μή οὐ verba diffidendi his locis:

Plat. Men. p. 89 D.: πρὸς τί βλέπων δυσχεραίνεις αὐτὸ καὶ ἀπιστεῖς μή οὐκ ἐπιστήμη ἢ ἢ ἀρετή;

Plat. Phaed. p. 69 E.

ὦ Σώκρατες, τὰ μὲν ἄλλα ἔμοιγε δοκεῖ καλῶς λέγεσθαι, τὰ δὲ περὶ τῆς ψυχῆς πολλὴν ἀπιστίαν παρέχει τοῖς ἀνθρώ- ποις, μή, ἐπειδὴν ἀπαλλαγῆ τοῦ σώματος, οὐδαμοῦ εἶμι ἢ, ἀλλ' ἐκείνη τῇ ἡμέρα διαφθείρηται τε καὶ ἀπολλύηται, ἢ ἂν ἀνθρώ- πος ἀποθάνῃ.

Xen. conviv. VIII, 34.

δοκοῦσι δ' ἔμοιγε οἱ μὲν παραταιτόμενοι ἀπιστοῦσιν ἐοι- κέναι, μή χωρὶς γενόμενοι οἱ ἐρώμενοι οὐκ ἀποτελῶσι τὰ τῶν ἀγαθῶν ἀνδρῶν ἔργα.

Etiam horum trium locorum enuntiationes negativae non absolute repudiantur. Differunt autem loci hi: Thuc. III, 53.

τόν τε γὰρ ἀγῶνα περὶ τῶν δεινοτάτων εἶναι εἰκότως ὑποπιεόμενον καὶ ἱμάς μή οὐ κοινοὶ ἀποβῆτε —

Thuc. VI, 75.

ἦσαν γὰρ ὑποπτικοὶ αὐτοῖς οἱ Καμαριναῖοι μή προθύμως σίσει μίτ' ἐπὶ τὴν πρώτην μάχην πέμψαι ἢ ἐπεμψαν, ἔς τε τὸ λοιπὸν μή οὐκέτι βοῦλωνται ἀμύνειν, ὀρῶντες τοὺς Ἀθη- ναίους ἐν τῇ μάχῃ εὐπράξαντας, προσχωρῶσι δ' αὐτοῖς κατὰ τὴν προτέραν φιλίαν πεισθέντες.

Sententias enim verbis dictas οὐ κοινοὶ ἀποβῆτε et οὐκέτι βοῦλωνται ἀμύνειν is qui loquitur revera retineri ab se vult. Atque huc denique pertinet locus Thuc. III, 102.

δεινὸν γὰρ ἦν μή μεγάλου ὄντος τοῦ τείχους, ὀλίγων δὲ τῶν ἀμυνομένων, οὐκ ἀντίσχωσιν.

Particula μή eodem modo usurpata est atque in locis duobus antecedentibus.

c) Enuntiationes subsecutivae.

In explicandis enuntiationibus subsecutivis, quae parti- culas coniunctas μή οὐ continent, iterum nobis proficiscen- dum esse putamus a loco, in quo μή simplex est. Il. a. 522.

ἀλλά συ μὲν νῦν αὖτις ἀπόστιχε μή σε νοήση
Ἥρη.

Verba *μή σε νοήση Ἡρη* ut solemus enuntiationes finales plerumque vertuntur: damit Here dich nicht bemerke. Quae si primordium investigamus, haud quaquam enuntiatio finalis videntur mihi esse, sed prohibitiva (cf. Lange, l. d. p. 149; Delbrück und Windisch, l. d. p. 22). Juppiter enim, quod exspectationem *Ἡρη σε νοήση* reformidat, prohibitiva utitur particula, ut hanc rem sibi molestissimam ab se reiciat. Quare respecta ratione paratactica locus in hunc modum intellegendus est: Gehe fort von hier, Here soll dich nicht bemerken. Quae igitur proprie atque principio nihil aliud est nisi particula prohibitiva, eam hoc loco in coniunctionem esse mutatam videmus. Contra Kuehnerus hoc loco (Ausf. Gram. p. 1042 A4), ut particulam *μή* interrogativam esse nobis probet, ellipticam quandam dicendi rationem esse ratus sic vertit: weiche zurück aus Besorgniss, ob dich nicht Hera erkenne. Qua in re quantum a veritate absit, satis constat.

Enuntiationis autem, quae est et prohibitiva et negativa primus auctor Homerus est *Il. ω. 568*:

*τῷ νῦν μή μοι μᾶλλον ἐν ἄλγεσι θυμὸν ὀρίνης,
μή σε, γέρον, οὐδ' αὐτὸν ἐνὶ κλισίῃσιν ἑάσω*
570. *καὶ ἰκέτην περ' ἑόντα, Διὸς δ' ἄλιτωμαι ἐγετμίας,*

Achilles a Priamo imploratus, ut filium necatum redderet, postquam Hectore redempto senem abire iussit, in hac versatur animi sententia: si non abibit, ne ipsi quidem Priamo temperabo, voluntatem autem Jovis violabo. Quantum vero Achilles recedat ab utraque re particula *μή* addita cognoscitur, quae non solum ad coniunctivum *ἑάσω* referenda est, sed etiam ad *ἄλιτωμαι*. Quae cum ita sint, prior enuntiatio negativa est, posterior positiva, utraque prohibitiva. Quare huius loci sensum proprium et pristinum esse hunc putamus: Darum in meinem Kummer erzeuge mir nicht noch mehr das Herz. Gott verhüte, dass ich auch dich nicht, o Greis, obgleich du als Flehender kommst, im Lager verschonen und des Zeus Willen verletzen werde.

Levius etiam coniunctae sunt hae enuntiationes Xen. mem. II, 2,14: *ὃ μὲν οὖν, ὦ παῖ, ἂν σωφρονῆς, τοὺς μὲν θεοὺς παραίτησιν συγγνώμιάς σοι εἶναι, εἴ τι παρημέληκας τῆς μητρὸς, μή σε καὶ οὗτοι, νομίσαντες ἀχάριστον εἶναι, οὐκ*

ἐθέλωσιν εὖ ποιεῖν. Hic locus exemplum praebere potest, quomodo factum sit, ut paratacticae enuntiationes in hypotacticas transirent. Verba enim *μή σε — εὖ ποιεῖν* ita cum antecedentibus cohaerent, ut puncto post *μητρὸς* posito tamquam nova eaque primaria enuntiatio prohibitiva bene possint accipi. Nam hoc sunt sensu: fern sei es, dass auch sie dir, weil sie dich für undankbar halten, nicht Gutes thun wollen.

Platonis unus locus est hic reipubl. p. 442 A:

ὁ τηρήσειον μή τῷ πίμπλασθαι τῶν περὶ τὸ σῶμα καλουμένων ἡδονῶν πολὺ καὶ ἰσχυρὸν γενόμενον οὐκ αὖ τὰ αὐτοῦ πράττει, ἀλλὰ καταδουλώσασθαι καὶ ἄρχειν ἐπιχειρήσει ὧν οὐ προσήκον αὐτῷ γένοι, καὶ ξύμπαντα τὸν βίον πάντων ἀνατρέψει. Enuntiationes prohibitive huius loci tres sunt, cum particula *μή* et ad *πράττει* et ad *ἐπιχειρήσει* et ad *ἀνατρέψει* referenda sit. Sed quod *πρήττει* negationem οὐ praepositam habet, qua carent et *ἐπιχειρήσει* et *ἀνατρέψει*, coniunctae apparent particulae *μή οὐ*. Quae quomodo explicandae sint, ex locis supra allatis satis intellegitur.

Miram atque singularem structuram praebet hic locus: Thuc. III, 57:

εἰ δὲ περὶ ἡμῶν γνώσεσθε μή τὰ εἰκότα, οὐ γὰρ ἀγανῆ κρινεῖτε τὴν δίκην τῆνδε, ἐπαινούμενοι δὲ περὶ οὐδ' ἡμῶν μεμπτόν, ὁρᾶτε ὅπως μή οὐκ ἀποδέξωνται ἀνδρῶν ἀγαθῶν περὶ αὐτοὺς ἀμείνους ὄντας ἀπρεπές τι ἐπιγινῶναι, οὐδὲ πρὸς ἱεροῖς τοῖς κοινοῖς σκῦλα ἀπὸ ἡμῶν τῶν εὐεργετῶν τῆς Ἑλλάδος ἀνατεθῆναι.

Particulas *μή οὐ* hoc loco non otiose esse cumulatam iam ab iis cognitum est interpretibus, qui *οὐκ ἀποδέχονται* litotem esse statuerunt pro simplici *μέμψεσθαι* positam. Quod restituta dicendi ratione paratactica magis etiam perspicitur. Nam si verba *ὅπως μή οὐκ ἀποδέξωνται* sola explicantur, in coniunctivo *ἀποδέξωνται* exspectationem quandam inesse putamus, quae particula *οὐ* negatur negataque reicitur. Cum vero *ὅπως* additum sit, quod principio adverbium relativum esse putabatur, is nascitur loci sensus: schet zu, auf welche Weise es fern sei, dass sie sich nicht gefallen lassen.

Seiungendus autem est a ceteris locis hic: Xen. venat. 7, 10.
ἐπειδὴν δὲ μηκέτι θάλωσι προσμένειν ταῖς ἄρκυσι, ἀλλ' ἀποσχεδαννύονται, ἀναλαμβάνειν, ἕως ἂν ἐθισθῶσιν εὐρίσκειν προσθέουσαι τὸν λαγῶ· μὴ, οὐκ ἐν κόσμῳ αἰεὶ τοῦτον ζητοῦσαι, τελευτῶσαι γίνονται ἔκκνοι, πονηρὸν μάθημα. Qui locus cum οὐκ non ad γίνονται sed ad ἐν κόσμῳ referendum sit, cum errore a quibusdam huc relatus est (cf. Kuehner, l. d. p. 1039).

II. Sequitur ut de particulis *μὴ οὐ* sequente optativo dicamus. In afferendis locis huc pertinentibus eundem servabimus ordinem, quem supra secuti sumus, cum de coniunctivo ageremus. Nam ab enuntiationibus primariis profecti ad secundarias pergemus, quae, id quod in coniunctivo quoque nobis occurrebat, partim sunt coincidentes partim subsecutivae. Priusquam autem de locis ipsis dicamus, quem sensum in modo optativo inesse putemus, verbis quam paucissimis praemittamus. Ludovicum Langium secuti optativum eius esse statuimus, qui mente ac cogitatione complectatur aliquid (l. d. p. 38, 62, 88, 188). Nata autem est ex hoc usu antiquissimo et significatio optativa et concessiva et potentialis. Quodsi *μὴ* coniunctum reperitur cum optativo voluntatem continente, eam ipsam apparet voluntatem ab eo, qui dicat, reici atque repudiari (cf. Lange, l. d. p. 65A. 71, 75, 111). Optativus vero concessivus cum particula *μὴ* coniunctus usurpatur, ut vel sententia vel casus ponatur, quem subiectum, quod sibi sit molestus, prohiberi ab se velit (cf. Lange, p. 75, 123). Potentiali autem si significatione optativus est, qui quidem non nisi addita particula *κεν* vel *ἂν* reperitur (cf. Lange, p. 184 sq.), neque praebet unquam particulum *μὴ* praemissam, neque omnino, quod secum pugnant, potest praebere. Nam etsi Plat. Phil. p. 12D et *μὴ οὐχ* et *ἂν εἴη* legitur, tamen illud *μὴ οὐχ* non referendum esse ad optativum potentialem infra demonstrabimus.

a) Enuntiationes primariae.

Hector cum Achillem effugere iam non potest, cum alia queritur tum haec verba facit Il. χ. 304:

μὴ μὰν ἄσπουδί γε καὶ ἀκλειῶς ἀπολοίμην.

Si quis, ut particulam prohibitivam explicet, ante *μὴ* verbum timendi addi volet, ellipticam statuet dicendi rationem prorsus non necessariam. Ut enim, id quod supra conati sumus docere, sola particula *μὴ* sequente coniunctivo expectatio dicitur prohibitiva, quae timorem continet, ita nullo addito verbo timendi simplex *μὴ* et optativus hoc loco significat optationem prohibitivam eaque de causa timorem exprimentem (cf. Lange, p. 80.). Quam optationem prohibitivam nostro sermone sic dicimus: Gott verbüte, ich müge ohne Kampf und ruhmlos untergehen.

Alterum usum optativi cum particula *μὴ* coniuncti hic locus ostendit: Od. η. 515:

ἀέκοντα δέ σ' οὔτις ἐρύξει

Φαίηκων μὴ τοῦτο φίλον Διὶ πατρὶ γένοιτο.

Haec verba *μὴ τοῦτο φίλον Διὶ πατρὶ γένοιτο* quamquam ita possunt accipi, ut optationem prohibitivam continere dicantur: möchte dieses dem Zeus nicht lieb sein, tamen meliorem sine dubio sensum praebent, si sententiam positam reici iis putamus: fern sei der Fall, der Gedanke: es möchte dieses dem Zeus lieb sein (cf. Lange, l. d. p. 123).

Negationem autem *οὐ* additam esse ad hunc optativum cum *μὴ* coniunctum enuntiationum primariarum exemplis, quae quidem nobis adsunt, probare non possumus. Sed cum enuntiationes secundariae particulas *μὴ οὐ* coniunctas habeant, sequitur, ut etiam in enuntiationibus primariis haec coniungendi ratio fieri possit. Quare per casum quendam factum esse putamus, ut eius rei nulla exstent exempla. Quod non mirum esse videtur, cum particulae *μὴ οὐ* coniunctae et optativus in universum non ita frequenter occurrant. Quare illud Neptuni de iis, qui pugna destiterint Il. ν. 232:

μη κείνος ἀνήρ ἔτι νοστήσειεν ἐκ Τροίης,
 si pro ἔτι posueris οὐκέτι, optime dici poterat a Telemacho,
 ut pater redeat, ad deos precante.

b) Enuntiationes coincidentēs.

Particulis μή οὐ praecedit verbum timendi Xen. anab.
 III, 1,12:

περίφοβος δ' εὐθὺς ἀνηγέρθη, καὶ τὸ ὄναρ πῆ μὲν ἔκρινεν
 ἀγαθόν, ὅτι ἐν πόνοις ὦν καὶ κινδύνοις φῶς μέγα ἐκ Διὸς
 ἰδεῖν ἔδοξε· πῆ δὲ καὶ ἐφοβείτο, ὅτι ἀπὸ Διὸς μὲν βασιλέως
 τὸ ὄναρ ἐδόκει αὐτῷ εἶναι, κύκλω δὲ ἐδόκει λάμπεσθαι τὸ πῦρ,
 μή οὐ δύναται ἐκ τῆς χώρας ἐξελεθεῖν τῆς βασιλείας, ἀλλ'
 εἴργοιτο πάντοθεν ὑπὸ τινῶν ἀποριῶν.

Optativum δύναται qui ex consecutione quadam tempo-
 rum ortum esse dicunt, in eo peccare mihi videntur, quod
 optativum nihil esse nisi coniunctivum temporum histori-
 corum statuunt (Kuehner, l. d. p. 181, 6 A. 5). Quodsi vero
 alii hunc optativum ex commutatione quadam modorum eva-
 sisse contendunt, id cum ipsa modorum natura atque signi-
 ficatione pugnat (Windisch und Delbrück, l. d. p. 79, 248 sqq.).
 Nam cum modi respondeant eius qui dicat affectionibus
 animi, apparet illos non posse commutari nisi cum his (cf.
 Lange, l. d. p. 88). Videtur autem δύναται esse, quem supra
 diximus, optativus continens optationem. Verborum igitur
 οὐ δύναται sensus hic est: Cyrus mente ac cogitatione id
 complectitur, ut non possit exire. Quae cogitatio Cyro ita
 est molesta, ut particula μή eam a se prohibere atque de-
 pellere studeat: Gott verhüte, er möchte nicht im Stande
 sein. Quae optatio prohibitiva cum fieri non possit, quin
 sine omni timore dicatur, quod antecedit verbum timendi
 neque novi addit quidquam neque ad ipsum optativum ex-
 plicandum est necessarium. Unde efficitur Cyrum, si ipsum
 audiremus, in hunc modum dixisse: μή οὐ δύναίμην, quam-
 quam apparet immutato sensu potuisse eum quoque dicere:
 μή οὐ δύναμαι. Quare quae olim fuerit parataxis, facile
 cognoscitur, praesertim cum illud δύναται haudquaquam

cohaereat cum ἐφοβαῖτο, sed aliis rebus separatis tamquam
 aliquid novi atque absoluti sit appositum. Simillimus locus
 est Plat. Charmid. p. 172 E: ἐνταῦθα καὶ ἄρι ἀποβλέψας
 ἀποπά γ' ἔφη μοι προσαίνεσθαι, καὶ ὅτι φοβοίμην μή οὐκ
 ὀρθῶς σκοποῦμεν.

Sequuntur vero particulae μή οὐ alia atque timendi
 verba locis his:

Xen. anab. III, 5,3:

ἐνταῦθα Τισσαμέρνης καὶ οἱ σὺν αὐτῷ καίειν ἐπεχείρησαν
 τὰς κόμας. καὶ τῶν Ἑλλήνων μάλα ἠθύμασάν τινες, ἐννοού-
 μενοι, μή τὰ ἐπιτήδεια, εἰ καύσειεν, οὐχ ἔχοιεν ὀπόθεν λαμ-
 βάνοιεν.

Ἔχοιεν non iterum optationem continet, immo optativus
 est concessiva significatione. Graeci igitur ponunt se non
 habere necessaria, id quod particula μή reicitur. Quare si,
 quod singulis verbis μή τὰ ἐπιτήδεια οὐχ ἔχοιεν continetur,
 enucleate interpretamur, sic fere vertimus: fern sei die Setzung
 des Falles, sie möchten nicht Lebensmittel haben. Athenien-
 ses autem ipsi non aliter dixissent sic: μή τὰ ἐπιτήδεια οὐχ
 ἔχοιμεν. fern sei die Setzung des Falles, wir möchten nicht
 Lebensmittel haben.

Huc pertinet locus similis Plat. Euthyphr. p. 15 D:

εἰ γὰρ μή ἤδησθα σαφῶς τό τε ὅσιον καὶ τὸ ἀνόσιον, οὐκ
 ἔστιν ὅπως ἂν ποτε ἐπεχείρησας ὑπὲρ ἀνδρὸς θητὸς ἄνδρα
 πρεσβύτερον πατέρα διωκάθην γόνου, ἀλλὰ καὶ τοὺς θεοὺς ἂν
 ἔδεισας παρακινδυνεύειν, μή οὐκ ὀρθῶς αὐτὸ ποιήσεις, καὶ
 τοὺς ἀνθρώπους ἠσχύνῃς.

Ipsae Euthyphron dixisset: μή οὐκ ὀρθῶς αὐτὸ ποιήσοιμι.
 Eae enuntiationes μή οὐ et optativum praebentes, id quod
 iam de coniunctivo statuimus, videntur esse questiones secun-
 dariae (cf. Lange, l. d. p. 123).

c) Enuntiationes subsecutivae.

Enuntiationes subsecutivae eadem qua primariae ratione
 μή et optativum praebent ea significatione, ut optatio quae-
 dam dicatur, quam enuntiationis primariae subiectum reicit.

Hae enuntiationes in finalibus numerari solent, optativus vero modis commutatis declaratur. Sed illud *μή* non finem spectat, sed optationis est cuiusdam (cf. Lange, l. d. p. 111 sq.). Jam coniunctas particulas invenimus in Iliade. Postquam Priamus iuipetravit ab Achille, ut Hectorem interfectum ex Graecorum castris Ilion transferret, is cadaver ornandum curavit. Iliad. ω, 582:

δμῶς δ' ἔκκαλέσας λούσαι κέλετ' ἄμφι τ' ἀλείψαι,
νόσφιν αἰείρασας, ὡς μή Πριάμος ἴδοι νίον,
μή ὁ μὲν ἀχνυμένη καρδίη χόλον οὐκ ἐρύσαιοτο
585. παῖδα ἰδὼν, Ἀχιλλῆυ δ' ὄρινθείη γέρον ἦτορ
καὶ ἔ κατακτείνειε, Λιδὸς δ' ἀλίτηται ἐγετμάς.

Quae verba videntur sic esse inter se coniungenda, ut ὡς μή Πριάμος ἴδοι νίον regantur a κέλετο, verba autem μή ὁ μὲν ἀχνυμένη καρδίη χόλον οὐκ ἐρύσαιοτο et qui sequuntur optativi iterum ab ὡς μή ἴδοι. Ἀλίτηται vero, quod modum commutatam praebet, non potest cum ἐρύσαιοτο ceterisque optativis collocari, sed eundem quem ἴδοι locum tenet. Atque cum optationes ex animo Achillis sint dictae, fieri non potest, quin personae mutentur. Achilles enim, si ipsius verbis usus esset Homerus, sic dixisset: μή ὁ μὲν χόλον οὐκ ἐρύσαιοτο, ἐμοὶ δ' ὄρινθείη γέρον καὶ ἔ κατακτείναιμι. Quare ἐρύσαιοτο ex coniunctivo ἐρύσεται ortum esse nobis est negandum et potius statuendum, optativum sua esse propria vi et significatione usurpatum. In verbis autem οὐκ ἐρύσαιοτο, quomodo finis quidam inesse possit, non intellegitur. Sed cupit Achilles, ut iracundiam Priamus non retineat, a qua quidem re, quippe quae molestissima sibi sit, abhorre se particula ostendit. Quare si Graecam imitamur rationem, hoc fere modo vertendum esse putamus: Gott verhüte, er möchte seinen Groll nicht zurückhalten.

Alius locus huc pertinens est Thucydidis IV, 105:

ἠπείγετο προκατασχεῖν, εἴ δύναιτο, τὴν πόλιν, μή ἀφικνου-
μένον αὐτοῦ τὸ πλῆθος τῶν Ἀμφιπολιτῶν, ἐλπίσαν ἐκ θαλάσ-
σης ξυμμαχικὸν καὶ ἀπὸ τῆς Θράκης ἀγείραντα αὐτὸν περι-
ποιήσεν σφᾶς, οὐκέτι προσχωροῖ.

Optatio prohibitiva ipsius Brasidae dicentis haec est:
μὴ ἀφικνουμένον ἐμοῦ τὸ πλῆθος τῶν Ἀμφιπολιτῶν οὐκέτι

προσχωροῖ. Brasidas igitur hoc vult impediri: τὸ πλῆθος τῶν Ἀμφιπολιτῶν οὐκέτι προσχωροῖ.

Quod Homerus ineunte Iliade narrat, relatum legimus etiam apud Platonem reipubl. 393E:

ταῦτα δὲ εἰπόντος αὐτοῦ οἱ μὲν ἄλλοι ἐσέβοντο καὶ συνή-
νον, ὁ δὲ Ἀγαμέμνων ἠγρίαιεν ἐντελλόμενος νῦν τε ἀπιέναι
καὶ αὐθις μὴ ἐλθεῖν, μὴ αὐτῷ τό τε σκῆπτρον καὶ τὰ τοῦ θεοῦ
στέμματα οὐκ ἐπαρκέσοι.

Homerus Agamemnonem inducit dicentem sic: μή νύ τοι οὐ χραίσμη σκῆπτρον καὶ στέμμα θεοῦτο (Il. α 28). Quibus verbis usus Agamemnon, id quod supra explicavimus, exspectationem molestam reicit, cum nostro loco Agamemnonem cupere atque optare finxit Plato, ut illud οὐκ ἐπαρκεῖν prohibeatur. Ceterum utrumque μή ironice dictum esse constat. Quodsi conferantur hi duo loci, facile cognoscitur, quomodo ex parataxi hypotaxis facta sit. Nam eum alter locus enuntiationis primariae formam retineat, alter ita est appositus, ut appareat eam esse enuntiationem secundariam.

Locus paullo difficilior est Plat. Phileb. 12D:

πῶς γὰρ ἡδονὴ γε ἡδονῆ μὴ οὐχ ὁμοιότατον ἂν εἴη, τοῦτο αὐτὸ ἐαντιῶ, πάντων χρημάτων;

Nullo modo particulae μή οὐ ad optativum referendae sunt qui, cum sit potentiali significatione, abhorret a particula μή (cf. Lange, l. d. p. 185). Quare fieri non potest, quin verba μή οὐχ ὁμοιότατον artissime cohaereant. Particula vero prohibitiva addita est, ut leniantur verba οὐχ ὁμοιότατον, non ut prorsus reiciantur. Lingua vernacula autem usi hanc particulam optime omittimus (cf. Kuehner l. d. p. 1042 A. 5).

III. Superest ut de μή οὐ sequente indicativo agamus. Exemplorum autem septem particulas coniunctas μή οὐ et indicativum praebentium unum est Xenophontis, sex sunt Platonis, qui, id quod est sermonis urbani, ut rem aliquam cautissime repudiet, vocibus μή οὐ utitur. Quae particulae quamvis paullatim in formulam quandam loquendi abscederent neque fere cuiquam, quid principio significarent, ante oculos versaretur, tamen, qua significatione cum con-

iunctivo et optativo coniuncta sunt, eam his quoque locis praebent.

a) Enuntiationes primariae.

Plat. Men. p. 89C.

M. δοκεῖ μοι ἤδη ἀναγκαῖον εἶναι καὶ δῆλον, ὃ Σώκρατες, κατὰ τὴν ὑπόθεσιν, εἴπερ ἐπιστήμη ἐστὶν ἀρετῆ, οὐ διδακτόν ἐστιν.

Σ. ὥσως νῆ Δία· ἀλλὰ μὴ τοῦτο οὐ καλῶς ὁμολογήσαμεν;

M. καὶ μὴν ἐδόκει ἄρτι καλῶς λέγεσθαι.

Sententia, quae verbis ἀλλὰ μὴ τοῦτο οὐ καλῶς ὁμολογήσαμεν; dicitur, haec est: τοῦτο οὐ καλῶς ὁμολογήσαμεν. Quae quo modestius exprimitur, praemissa particula μὴ reicitur, nec tamen revera. Verba igitur sic vertenda esse videntur: aber vielleicht (μὴ) haben wir darin nicht (οὐ) mit Recht beigestimmt? Quae dicendi ratio quantum differat ab enuntiationibus coniunctivum praebentibus, ex ipsorum modorum discrepantia petitur. Quare apparet non deesse locos, in quibus et indicativus et coniunctivus satis bonam praebent sententiam. Sed cur Plat. Men. 89C non ὁμολογήσωμεν dictum sit, iam p. 23 apparet. Deinde vero cum coniunctivus aoristi rem finitam atque transactam esse significaret, indicativus eo consilio dictus est, ut illud ὁμολογεῖν tempore praeterlapso factum esse intellexeretur.

Simillimus est locus hic: Plat. Lys. p. 213D:

ἄρα μὴ, ἦν δ' ἐγώ, ὃ Μενέξενε, τὸ παράπαν οὐκ ὀρθῶς ἐζητοῦμεν; οὐκ ἔμοιγε δοκεῖ, ἔφη, ὃ Σώκρατες, ὁ Λύσις. Sententia, quae hac questione in animis nostris movetur, haec est: τὸ παράπαν οὐκ ὀρθῶς ἐζητοῦμεν. Quae cum μὴ praemissum habeat, quod quidem non absolute intellegendum est, non mutatur, sed ratione quam cautissima dicitur. Quare lingua vernacula usi sic vertimus: vielleicht haben wir das Ganze nicht richtig erforscht? Videtur autem etiam hoc loco coniunctivus praesentis vitatus esse eo consilio, ut tempus praeteritum urgeretur. Quodsi indicativus praesentis particulas μὴ οὐ sequitur, ea dicendi

ratio proxime accedit ad eam, quae has particulas et coniunctivum praebet.

Quare sane miramur, cur indicativus praesentis legatur Plat. Prot. 312A.

ἀλλ' ἄρα, ὃ Ἰππόκρατες, μὴ οὐ τοιαύτην ὑπολαμβάνεις σου τὴν παρὰ Πρωταγόρου μάθησιν ἐσεσθαι, ἀλλ' οἴαπερ ἢ παρὰ τοῦ γραμματιστοῦ ἐγένετο καὶ κίθαριστοῦ καὶ παιδοτρίβου;

Exspectamus pro ὑπολαμβάνεις potius coniunctivum ὑπολαμβάνης. Indicativus vero hunc praebet sensum aptissimum: aber vielleicht glaubst du gar nicht, der Unterricht beim Protagoras werde ein solcher sein, sondern wie der etc. Quare neglecta recentiorum librorum manu scriptorum lectione ὑπολαμβάνης (Γ, Ξ, Σ, Β, Ε, ρ, ω, γ, ε, ρ) codicem Clarkianum (M), Vaticanum 226 (Θ), Parisinum regium 1809 (C) secuti indicativum ὑπολαμβάνεις retinendum esse puto. Ceterum haec tria exempla sola formam praebent quaestionis, quae neque in coniunctivo neque in optativo occurrebat.

Ex reliquis locis simillimi sunt hi:

Plat. Men. p. 77 A.

Σ. ἀλλὰ μὴν προθυμίας γε οὐδὲν ἀπολείψω, καὶ σοῦ ἔνεκα καὶ ἑμαυτοῦ, λέγων τοιαῦτα· ἀλλ' ὅπως μὴ οὐχ οἴος τ' ἔσομαι πολλὰ τοιαῦτα λέγειν.

Plat. reip. p. 506D.

καὶ γὰρ ἐμοί, ἦν δ' ἐγώ, ὃ ἑταῖρε, καὶ μάλα ἀρκέσει· ἀλλ' ὅπως μὴ οὐχ οἴος τ' ἔσομαι, προθυμούμενος δὲ ἀσχημονῶν γέλωτα ἀγλίσω.

Si retinemus, id quod supra statuimus, particulam ὅπως nihil esse nisi adverbium relativum, loci nostri nihil sane offensionis praebent. Sensus enim ratione habita originis is est: aber auf diese (welche) Weise werde ich vielleicht nicht im Stande sein. Nam particula μὴ praedicatum non absolute reici sats constat. Indicativus vero futuri cur his locis positus sit, iam ex particula ὅπως cognoscitur, quae cum hoc tempore huius modi saepissime coniungitur. Deinde vero cum particulas μὴ οὐ in universum sequatur rarissime prima persona singularis coniunctivi praesentis, nullam invenimus formam nisi δύνωμαι.

b) Enuntiationes coincidentēs.

In enuntiationibus coincidentibus numerandus est locus hic: Plat. Alcib. II. p. 139 C.:

οἷε ἂν οὖν χαίροντας ἡμᾶς εἶναι μετὰ τοσοῦτων μαινομένων πολιτενομένων, καὶ οὐκ ἂν παιομένους καὶ βαλλομένους καὶ ἄπερ ἐώθασιν οἱ μαινόμενοι διαπράττεσθαι, πάλαι δὴ δίκην δεδωκέναι; ἀλλ' ὅρα, ὦ μακάριε, μὴ οὐχ οὕτω ταῦτ' ἔχει.

Verba οὐχ οὕτω ταῦτ' ἔχει, si sola spectemus, abhorrere ab urbanitate disputationum Platoniarum nemo est, quin intellegat. Quare Socrates, cui a Platone haec verba attributa sunt, speciem prae se fert se ea tamquam molestissima sibi reicere atque repellere, quod quidem revera non facit. Vertimus igitur: vielleicht (μὴ) verhält sich dies nicht so. Sed cum ὅρα, μὴ οὐ sequente indicativo nihil sit nisi lenissima dicendi ratio, eadem formula, si coniunctivum habet appositum, ut timor quidam exprimitur, solet dici (cf. Curtius, griech. Schulgr. §. 533 A).

c) Enuntiationes subsecutivae.

Xen. hist. gr. V, 2,15:

καίτοι εἰ τοσαύτη δύναμις προσγενήσεται τῇ τε Ἀθηναίων καὶ Θηβαίων ἰσχύϊ, ὁρᾶτε, ἔφη, ὅπως μὴ οὐκέτι εὐμεταχείριστα ἐκείνα ἔσται ὑμῖν.

Hic locus explicatur illo Thucydideo III, 57, de quo p. 35 diximus. Nam his locis duobus collatis si quaerimus, quod exemplum priorem ostendat usum, non potest dubitari, quin propria dicendi ratio sit Thucydidis, qua liberius usus est Xenophon. Quae structurae quomodo distent, apud Curtium (gr. Schulgr. § 533 A) legimus.

Ac ne quid omisisse videamur, duo loci commemorandi sunt, qui falso olim huc referebantur: Soph. El. 1278:

O. ἢ κάρτα κἄν ἄλλοισι θυμοίμην ἰδών.

E. ξυναιεῖς;

O. τί μὴν οὐ;

1280.

Quamquam v. 1280 optimi codices τί μὴ οὐ; praebent, tamen ne metrum violetur, Seidleri lectio (de versibus dochmiacis p. 136) restituenda est: τί μὴν οὐ;

Alter locus est Plat. Men. p. 85 E: εἰ δὲ μὴ ἐν τῷ νῦν βίῳ λαβῶν, οὐκ ἴδῃ τοῦτο δῆλον, ὅτι ἐν ἄλλῳ τινι χρόνῳ εἶχε καὶ μεμαθήκει.

Hoc loco cum coniungenda sit particula μὴ cum λαβῶν, οὐκ vero pertineat ad δῆλον, nihil iam est, quo offendamur.

B. Μὴ οὐ coniunctum cum verbo infinito.

Loci particulas μὴ οὐ sequente verbo infinito continentes aliter non possunt explicari atque qui has particulas cum verbo finito coniunctas praebent. Nam etsi μὴ οὐ ut ante indicativum sic ante verbum infinitum positum formulam quandam loquendi esse apparet, tamen, quid singulae particulae significant, etiamnunc licet cognoscere. Verbum autem infinitum quamquam neque modos neque personas ostendit, tamen in restituenda ratione paratactica, cuius modi loco sit cuiusque personae, saepissime perspicitur. Quare commutato verbo iuncto cum finito, quem sensum loci praebeant, explicabimus (cf. Kvičala, Beiträge zur Kritik und Erklärung des Sophocles in: Sitzungsberichte der Kaiserl. Academie der Wissenschaften 1869 Bd. 61 p. 70 sqq.). Ex exemplis 120 huc pertinentibus cum 113 infinitivum contineant, 7 participium, priore loco de infinitivo agamus, posteriore de participio.

I. Μὴ οὐ et infinitivus.

Verba, quae sequitur μὴ οὐ et coniunctivus, optativus, indicativus longe alia sunt atque quae coniunguntur cum

μη οὐ et infinitivo. Ea enim in tres classes dividuntur. Una complectitur verba ἀρνοῦμαι, ἀντιλέγω, ἀπιστῶ, εἶργω similia; altera continet verba δύναμαι, οἶός τ' εἶμι similia; tertiae denique classi adscribuntur formulae αἰσχρόν ἐστι, οὐ δίκαιόν ἐστι, ἄνοιά ἐστι similes.

a) Antecedunt verba ἀρνοῦμαι, ἀντιλέγω, ἀπιστῶ, εἶργω similia.

His verbis praemissa est negatio οὐ. Plat. Hipp. min. p. 369 D:

ὦ Ἰππία, ἐγώ τοι οὐκ ἀμυισβητῶ μη οὐχὶ σέ εἶναι σοφώτερον ἢ ἐμέ.

Infinitivus εἶναι quamquam ipse neque ullam personam neque modum significat, tamen, qui modus quaeque persona substituenda sint, facile colligitur. Nam cum pronomine σέ nulla verbi persona coniungi potest nisi secunda singularis. Infinitivus εἶναι autem natus esse videtur ex coniunctivo, cum sane exspectationem dici desideremus. Quare harum enuntiationum parataxis sic videtur esse restituenda: ὦ Ἰππία ἐγώ τοι οὐκ ἀμυισβητῶ μη οὐχὶ σὺ ἢς σοφώτερος ἢ ἐγώ i. e.: o Hippias, ich hege gar keinen Zweifel; fern sei die Erwartung, du wirst nicht weiser sein als ich. Quae sententiae eodem dispositae sunt ordine, quo oriuntur in animo, ut posterior ex priore consequatur. Verba igitur μη οὐ σὺ ἢς σοφώτερος ἢ ἐγώ nituntur praecedentibus ἐγώ τοι οὐκ ἀμυισβητῶ. Quare cum prohibitiva illa enuntiatio in subsecutivis numeretur, verba μη οὐχὶ σε εἶναι σοφώτερον dicta esse putamus pro enuntiatione subsecutiva. Eodem modo intellegendi sunt loci: Herod. VIII, 119; Xen. inst. Cyr. IV, 38; Soph. Ant. 935; Plat. leg. p. 650 B; Plat. Phaen. 88 A (2); Xen. hist. gr. II, 3, 16; Herod. VI, 11; Thuc. VIII, 71; Soph. OC. 566; Plat. Phaen. p. 277 E; Herod. VIII, 100; Herod. VIII, 98; Plat. Futhyd. p. 304 C; Eur. Iph. Aul. 41; Soph. El. 103; Herod. VI, 88; Soph. El. 131; Plat. Men. p. 89 D; Plat. Phaen. p. 87 A; Thuc. II, 93; Soph. OR. 1086 (2);

Plat. Alcib. I, p. 130 A; Plat. Lach. p. 189 C; Xen. inst. Cyr. V, 2, 17; Plat. Charmid. p. 164 D; Soph. OR. 1065.

Antecedit interrogatio, quae est pro negatione οὐ: Xen. exp. Cyr. III, 1, 13:

εἰ δὲ γενησόμεθα ἐπὶ βασιλεῖ, τί ἐμποδῶν, μη οὐχὶ πάντα μὲν τὰ χαλεπώτατα ἐπιδόντας, πάντα δὲ τὰ δεινότερα παθόντας ἐβριζομένους ἀποθανεῖν;

Verbum infinitum ἀποθανεῖν, si cum finito commutabimus, pro ἀποθνήσκωμεν dictum esse statuemus. Quare parataxis perspicitur hoc modo: τί ἐμποδῶν; μη οὐχὶ ἐβριζόμενοι ἀποθνήσκωμεν. Enuntiationum autem altera μη οὐχὶ continens subsecutiva est, altera τί ἐμποδῶν idem valet atque οὐδὲν ἐμποδῶν. Similes loci sunt: Xen. rei. equ. XI, 13; Xen. hist. gr. 4, 1, 36; Eur. Troad. 791; Plat. Phaen. 240 D; Arist. Ach. 319; Plat. Theact. p. 153 A; Plat. conviv. 197 A; Aesch. Prom. vinct. 627; Soph. Ai. 540; Plat. Gorg. 461 C (2); Plat. Gorg. 461 B (2).

Subsecutiva significatio urgetur iis locis, qui particulis μη οὐ praemissum habent ὥστε.

Plat. Crat. p. 393 E:

ὁρῶς ὅτι τοῦ η καὶ τοῦ τ καὶ τοῦ α προστεθέντων (sc. τὸ βῆτα) οὐδὲν ἐλύπησεν, ὥστε μη οὐχὶ τὴν ἐκείνου τοῦ στοιχείου γύσιν δηλώσαι ὅλα τῶ ὀνόματι οὐ ἐβούλετο ὁ νομοθέτης. Adiungantur loci: Plat. leg. p. 880 E; Aesch. Eum. 299; Soph. Ant. 95.

Articulus vero ad μη οὐ et infinitivum adiectus eandem significat enuntiationem subsecutivam (cf. Kvicala, Beiträge p. 73).

Plat. leg. p. 805 C:

τὸ δ' ἡμέτερον διακείμενα ἐν τούτοις οὐκ ἀποσβήσεται τὸ μη οὐ λέγειν, ὡς δεῖ. Quae coniungendi ratio occurrit his quoque locis: Soph. Trach. 620; Arist. Lysist. 1195; Aesch. Eum. 913; Arist. av. 32; Soph. Ant. 544; Eur. Hipp. 47; Xen. hist. gr. V, 2, 36; Arist. ran. 67; Soph. OR. 283; Xen. inst. Cyr. I, 6, 32; Plat. reip. 354 B; Eur. Phoen. 1172; Soph. Trach. 90; Soph. OR. 1232; Plat. soph. 235 B; Plat. Crit. p. 43 C; Xen. conv. III, 3; Plat. Phileb. p. 13 A; Xen. vectig. III, 7; Aesch. Prom. vinct. 786.

b) Antecedunt verba δύναμαι similia.

Plat. epist. p. 314 C. οὐ γὰρ ἔστι τὰ γραγέντα μὴ οὐκ ἐκπεσεῖν.

Ratio paratactica huius loci est: οὐ γὰρ ἔστι τὰ γραγέντα μὴ οὐκ ἐκπίπτει, es liegt eine Unmöglichkeit vor; fern sei die Erwartung, das Geschriebene werde nicht entfallen. Continentur vero enuntiationes sensu quoque subsecutivo. (cf. Kvičala, Beiträge p. 72). Addendi sunt loci: Plat. Prot. 344 E; Plat. Prot. p. 344 C; Herod. II, 181; Herod. III, 51; Thuc. I, 141; Plat. leg. p. 713 C; Plat. ep. p. 352 D; Xen. apol. §. 34; Xen. inst. Cyr. I, 4, 2; Plat. Gorg. 509 A; Eur. Hipp. 657; Arist. ran. 695.

Negationis praemissae loco est *a* privativum in verbo ἀδύνατος: Xen. de venat. 5, 31; Thuc. VIII, 60; Herod. III, 82. Negativo etiam sensu et quaestio τίς μηχανή; Plat. Parm. 143 D; Plat. Phaed. 72 D. Subsecutivam vero significationem inesse in his quoque verbis infinitis probatur et locis ὥστε μὴ οὐ continentibus: Xen. reip. Ath. III, 8; Herod. VIII, 57 et praebentibus τὸ μὴ οὐ: Xen. hist. gr. III, 3, 6; Xen. inst. Cyr. VII, 5, 42; Soph. Ai. 728; Aech. Prom. vinct. 918.

c) Antecedunt formulae αἰσχροὺν ἔστι, οὐ δίκαιόν ἔστι similes.

Exemplo utar Xen. reip. Lac. VI, 2: ἦν δέ τις παῖς ποτὲ, πληγὰς λαβὼν ὑπὲρ ἄλλον, κατείπη πρὸς τὸν πατέρα, αἰσχροὺν ἔστι, μὴ οὐκ ἄλλας πληγὰς ἐμβάλλειν τῷ νείῃ. Subiecto ex verbis praecedentibus addito prohibitiva nascitur enuntiationo μὴ οὐκ ἄλλας πληγὰς ὁ πατήρ ἐμβάλλη τῷ νείῃ. Quae cum prodeant verba αἰσχροὺν ἔστι, in subsecutivis quoque referenda est. Similes loci sunt: Plat. Prot. p. 352 D; Plat. Theact. p. 151 D; Xen. inst. Cyr. II, 2, 20; Xen. exp. Cyr. II, 3, 11; Xen. inst. Cyr. VIII, 4, 5; Plat. Euthyd. p. 297 B;

Herod. I, 187; Herod. VII, 5; Plat. Theact. p. 181 B; Plat. reip. 427 E; Herod. VIII, 126; Plat. Tim. p. 17 B; Plat. Phaed. p. 88 B; Plat. conv. 210 B; Plat. conviv. 218 C. Recte hodie delectum est οὐ Eur. Med. 1243, quod Elmsleius falso interposuit. Exempla vero ὥστε μὴ οὐ praebentia nulla sunt, sed τὸ μὴ οὐ legitur his locis duobus: Plat. leg. p. 891 A; Plat. soph. p. 219 E.

Ab his secernendi sunt loci tres, quarum sane singularis est structura: Plat. amat. 138 E:

Ἐπειὰ γε δήπου ἐάν τε οἱ φίλοι ἀντιῶ διαίτας ἐπιτρέψωσιν, ἐάντε ἢ πόλις τι προστάτη διακρίνειν ἢ δικάζειν, αἰσχροὺν ἐν τούτοις, ὃ ἑταῖρε, δεύτερον φαίνεσθαι ἢ τρίτον καὶ μὴ οὐκ ἠγεῖσθαι;

Plat. Phaed. p. 85 C.

ἐμοὶ γὰρ δοκεῖ, ὦ Σώκρατες, περὶ τῶν τοιούτων ἴσως ὥσπερ καὶ σοί, τὸ μὲν σαφές εἶδέναι ἐν τῷ τῶν βίῳ ἢ ἀδύνατον εἶναι ἢ παγχάλεπόν τι, τὸ μέντοι αὐτὰ λεγόμενα περὶ ἀντῶν μὴ οὐκ παντὶ τρόπῳ ἐλέγχειν καὶ μὴ προαγίστασθαι, πρὶν ἂν πανταχῆ σκοπῶν ἀπέιπῃ τις, πάνυ μαλθακοῦ εἶναι ἀνδρός.

Plat. leg. p. 661 E:

τὸν οὕτω ζῶντα ἴσως ἑμᾶς οὐ πείθω μὴ οὐκ ἄρα εὐδαίμονα ἀλλ' ἀθλίον γίνεσθαι σαφῶς;

Cum in omnibus exemplis antecedentibus particula μὴ enuntiationo negata revera reiciatur, verba οὐκ ἠγεῖσθαι, οὐκ ἐλέγχειν, προαγίστασθαι, οὐκ εὐδαίμονα γίνεσθαι apparet non reici. Particula autem prohibitiva additur, ut qua animi sit sententia subiectum, dicatur.

II. Μὴ οὐ et participium.

Significatio particularum μὴ et οὐ, quae cum participio coniunctae septies tantum occurrunt, quamvis sit obscurata nonnullis locis, tamen ita videtur posse perspicui, ut omnino non sit, cur de ea dubitemus, velut Plat. Lys. p. 212 D. οὐκ ἄρα ἔστι φίλον τῷ φιλοῦντι οὐδὲν μὴ οὐκ ἀντιφιλοῦν.

Participium ἀντιφιλοῦν, quod hypothetica est significatione, ut parataxis restituatur, cum coniunctivo praesentis commu-

tandum est et colon ponendum post οὐδέν. Nascuntur igitur enuntiationes οὐκ ἄρα ἐστὶ γίλον τῷ γιλοῖντι οὐδέν· μὴ οὐκ ἀντιγίλῃ, quarum est sensus hic: es ist folglich dem Liebenden Nichts lieb; fern sei die Erwartung, es werde keine Gegenliebe finden. Quod si illud οὐκ ἀντιγίλῃ, quod reicitur particula μὴ, remanet revera, haec res prioris enuntiationis est exceptio. Quare recte etiam vertitur sic: ausser was Gegenliebe zeigt. Eodem modo explicandus est genetivus absolutus Herod. VI, 9: οἱ Περσέων στρατηγοὶ — καταρρώδησαν, μὴ οὐ-οἶοί τε ὥσι ἐξελεῖν μὴ οὐκ ἐόντες ναυκράτορες, —

Aliud statuendum est de hoc loco: Herod. II, 110:

οὐκ ὄντων δίκαιον εἶναι ἰστάναι ἐμπροσθε τῶν ἐκείνων ἀναθημάτων μὴ οὐκ ὑπερβαλλόμενον τοῖσι ἔργοισι. Ad haec verba, quae Vulcani sacerdos de Dario dicit, post εἶναι subiectum et obiectum addendum est: Δαρεῖον τὸν ἐνωτοῦ ἀνδρῶντα. Kvičala (Beiträge p. 74) omnium horum locorum sensum ratns esse positivum, qua ratione nostrum intellegi velit, non dixit. Alii vero grammatici (Wentzel, Nachträge p. 5, Baecumlein, Partikeln p. 314) sensum loci negativum esse statuunt. Verbum enim infinitum ὑπερβαλλόμενον cum sit significatione concessiva pro finito ὑπερβάλλοιτο positum esse videtur, qui optativus quoque est concessivus. Restituta igitur ratione paratactica hic est sensus: es sei nicht recht, dass er seine Bildsäule vor die Weihgeschenke jenes Mannes stelle; fern sei der Fall, er übertreffe ihn nicht durch seine Thaten. Sed retinendum est, particulam μὴ ironice dictam esse, ut enuntiatio posterior significet: es müsste denn sein, dass er ihn an Thaten übertreffe. Eodem modo interpretatur Kuehnerus (l. d. p. 767 A. 8); quamquam, cur ita vertendum sit, non explicat. Altera igitur particula omitti non potest, nisi forte etiam sensum volumus immutari. Eadem ironia in particula μὴ inest Herod. VI, 106: εἰνάτη δὲ οὐκ ἐξελεύσεσθαι ἔγασαν μὴ οὐκ πλήρης ἐόντος τοῦ κύκλου.

Reliqui loci sunt Sophoclis OC. 357:

νῦν δ' αὖ τίν' ἤχεις μῦθον, Ἰσμήνη, πατρὶ
 φέρουσα; τίς σ' ἐξήρεν οἴκοθεν στόλος;
 ἤχεις γὰρ οὐ κενή γε, τοῦτ' ἐγὼ σαφῶς

360. ἔξοιδα, μὴ οὐχὶ δεῖμ' ἐμοὶ γέρονσά τι.

Parataxis perspicitur sic: ἤχεις γὰρ οὐ κενή γε, τοῦτ' ἐγὼ σαφῶς ἔξοιδα· μὴ οὐχὶ δεῖμ' ἐμοὶ γέρονσά τι. Quare is est sensus: du bist nicht leer gekommen; fern sei die Erwartung, du werdest mir nicht eine Schreckensbotschaft bringen.

Quare neque altera particula potest omitti neque omnino locus quidquam habet difficultatis. Reliquum est, ut afferamus Soph. OR. 12:

δυσάλητος γὰρ ἂν
 εἶην τοιάνδε μὴ οὐ κατοικτεῖρων ἔδραν.

Soph OR. 220:

οὐ γὰρ ἂν μακρὰν
 ἔχνεον αὐτὸ, μὴ οὐκ ἔχων τι σύμβολον.

Participia κατοικτεῖρων et ἔχων, quae sunt sensu hypothetico, explicanda sunt optativis κατοικτεῖροισι et ἔχοισι iisque concessivis. Enuntiationum igitur prohibitarum, quae restituta sunt, sensus est: fern sei der Fall, ich hätte kein Mitleid et fern sei der Fall, ich hätte kein Zeichen. Mirum sane esse videtur, quare Kvičala (Beiträge p. 74) posteriorem locum explicet per ὥστε μὴ οὐκ ἔχειν τι σύμβολον. Nam si id Sophocles voluisset dicere, sine dubio legeremus μὴ οὐκ ἔχειν τι σύμβολον, id quod proxime accedit ad illed ὥστε μὴ οὐκ sequente infinitivo.

